EPISTOLAE PARISIENSES IN QUIBUS DE REBUS VARIIS QUAE AD...

Gabriel Gottfried Bredow

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
201
26 B
11

Digitized by Google

EPISTOLAE PARISIENSES

IN QVIBVS

DE REBVS VARIIS

QVAE

AD STVDIVM ANTIQVITATIS PERTINENT

AGITVR.

EDITAE

A

G. G. BREDOW

PROFESS. HISTOR. IN VNIVERSITATE VRATISLAVIENSI.

LIPSIAE,

IN LIBRARIA WEIDMANNIA.

MDCCCXII.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Non ſine intimo animi dolore ad has epiſtolas edendas acceſſi, quem temporum praeteritorum recordatio augebat. Cum enim initio anni 1807 Pariſios adveniſſem, *Haſius*, vir doctiſſimus atque humaniſſimus, de meo adventu certior factus, ſtatim me convenit, ac rebus domeſticis meis communi conſilio facile ordinatis, ducem ſe mihi ad theſauros litterarios Bibliothecae Imperialis cognoſcendos, et viros doctos, quos urbs immenſa alit, noſcendos et viſendos amice praebuit. Forte cum Muſeum Bibliothecae intraſſemus, primum offendimus juvenem Danum *Koes*, ad menſam communem ſedentem et codicem manuſcriptum legentem, cui Haſius nomen meum commendans abiit; qui paulo poſtea reverſus cum mihi codicem antiquum Dionyſii Periegetae cum ſcholiis ineditis attuliſſet, ego ibidem, ubi ſteteram, ad laevam Koeſii ſedem occupavi. — Vix e ductibus linearum nonnullas codicis litteras et ſyllabas laborioſe collegeram, cum Haſius ſecum adduceret virum, robuſti corporis, cultioris habitus, vultu aperto et ad confidendum ſibi invitante. *Baſtius*

Digitized by Google

erat, qui, dum colloquebamur, ſedem ad latus meum ſibi cepit. — Paulo poſt advenit *Bröndſtedt*, amicus Koeſii, vir integri animi, qui cum omnem antiquitatem amore et ſtudio amplecteretur, tum vehementiſſimo Platonis amore flagrabat, cujus textum e codicibus mſſ. integritati priſtinae reddere, praecipue vero verum ſenſum ſcriptorum Philoſophi ope commentatorum antiquorum, Lexicographorum, Grammaticorum, magna ex parte ineditorum, eruere atque exponere ſibi propoſuerat atque hunc finem itineri ſuo fecerat. Hic quintus ſocietati noſtrae litterariae acceſſit. — Quantum fructus mihi fortuna ſedis ad dextram Baſtii occupatae tulerit, quam multa ab eo didicerim, ipſae hae epiſtolae ſatis loquuntur. Et hac fortuna uſus ſum quinque per menſes, in quibus quotidie fere, Haſius, cuſtos Bibliothecae, nobis ex adverſo ad tabulam ſingularem aliquam aſſidens, nos vero quatuor hoſpites ad menſam communem deinceps ſedentes codices plerumque graecos deſcribebamus, conferebamus, excerpebamus. Quum nec Muſeum Napoleonis, templum ſtatuarum, theatrum picturarum, inviſitata praetermittere fas eſſet, et quum omnia fere, quae urbs et regio circumjacens viſu digna habet, inſpicerem, partim etiam ſaepius reviſerem: non poſſum dicere, quantum voluptatis mihi Pariſienſe hoſpitium illud attulerit, ita ut tempus illud atque otium in maxima felicitatis meae parte numerare et

Digitized by Google

praedicare poſſim. Nullum enim tempus aliud recordari poſſum, quod cognitionem meam antiquitatis tantopere ampliarit, quod ſenſum artis acuerit, animum atque mores ab acerbitate quadam ſolutos mitigaverit, quod denique mihi tot amicos adjunxerit, qui ſe veros amicos poſtea et conſilio et re praeſtiterunt. Hoc tale et tam jucundum tempus vitae meae ut non redibit, ita ex animo meo nunquam excidet.

Jamjam dies deceſſionis appropinquabat, quum ad nos forte ad tabulam noſtram confabulantes Haſius quoque accederet. Tum ego: Amici, velim haec noſtra ſocietas antiquaria ut non ſolum memoria, ſed etiam monumento aliquo propagata maneat. Reverſus equidem in Germaniam breviter ſtudiorum meorum Pariſienſium rationem reddam in epiſtolis nonnullis ad amicos, in quibus ex his chartulis meis ea maxime colligam, quae publica luce digna videbuntur, neque tamen ad Geographos minores proprie pertinent. Quodſi quivis Veſtrum ſimilem epiſtolam de re aliqua antiquaria ſcriptam mihi miſerit, hae tum epiſtolae in unum faſciculum conjunctae conjunctionis noſtrae Pariſienſis monumento ſunto! — Omnes propoſitum accepere, et quaſi una voce: *Epiſtolae Pariſienſes* inſcriptio eſto! conclamavimus, *Villoiſoni* epiſtolas Vinarienſes, niſi fallor, memoria repetentes. — Deceſſi, et amici, fidem ſolventes, in ſequentibus menſibus ſinguli ſcriptum aliquod mihi

Digitized by Google

miſerunt. Ego ſolus, auctor conſilii, ab illo inde tempore varia fortuna conflictatus ſum; Helmſtadio Francofurtum ad Viadrum migravi, Francofurto jamjam Lipſiam abiturus, tandem Vratislaviam translatus, ubivis varie in re domeſtica et publica jactatus, munerisque laboribus occupatus, non praeſtiti quod promiſi. Ne moram diuturnam diutius protraherem, tandem nuntius luctuoſiſſimus de morte inopinata atque immatura Baſtii et Koeſii allatus me admonuit, decumbentem e morbis graviſſimis, quibus per quinque menſes vehementiſſime excruciatus, arthriti ac febri nervoſa, uſu fere membrorum privatus fui, ita ut medici et familiares mecum de vita mea jam deſperarent. Graviter ſum affectus triſtiſſimo nuntio; neque ab eo tempore recordatio et imago defunctorum ex animo meo deceſſit. Pariſiis adeſſe mihi videbar; medius inter utrumque aſſidens, legebam, ſcribebam; tum ſurgere videbantur, et manum, alter dextram, alter laevam porrigere, rogantes ut ſequerer. Deus Optimus Maximus me nondum ex hac vita dimiſſurus eſſe videtur: natura vicit, arte ac cura medicorum diligentiſſima adjuta; vivo et valetudinem recuperare incepi, ſperoque ipſis his litteris ſcribendis atque recordatione otii illius fortunati animum viresque corporis paulatim firmatum iri, ita ut, antequam vere redeunte ad aquarum medicarum uſum medicorum juſſu proficiſcar, epiſtolae quoque meae ſcribendo abſolvi poſſint.

Digitized by Google

Veſtrum autem interitum, amici beatiſſimi, totam per vitam lugere non deſinam. Magnum eſt, quod feci, damnum; majus, quod litterae graecae fecerunt. *Baſtius*, opportunitate muneris in legatione Haſſiaca diligenter uſus, duodecim per annos, primum Viennae, dein Pariſiis, nullum ſcriptorem Graecum (Latinos minus diligebat) non adhibito et comparato codice aliquo manuſcripto legerat.

Itaque in omnibus fere ſuis libris Graecis copiam variarum lectionum clare ac nitide margini adſcripſerat, additis annotationibus de varietate ſcripturae et comparatis locis ſimilibus, qui lectionem codicis comprobarent. Semper ei ad manus erat Lexicon Graecum Hederici, quod Erneſti auctum et correctum ediderat a. 1788, cui et ſignificationes verborum, quae deſiderari illi videbantur, inferebat, et verba, quae deerant, adſcribebat, quorum, ni fallor, octo millia numerabat, plurima e ſcriptoribus poſt Chriſtum natum, e Grammaticis, Lexicographis, Scholiaſtis et Patribus Eccleſiae collecta. Si forte in ſcripta aut fragmenta inedita inciderat, haec ab eo non neglecta fuiſſe, non eſt quod moneam; quantum licuit, omnia deſcribebat. Plurimum temporis et aſſiduitatem mirabilem in codice deſcribendo impendit, qui unicus, ſed male conſervatus, multis in locis humore corruptus, tres libros Grammaticae Apollonii Dyscoli continet, quod opus laborioſiſſimum, dum Pariſiis eram, ab-

ſolvit. Sed ſolum fere gaudii fructum e materia critica conquirenda et exercitatione ingenii in legendis et corrigendis codicibus percipiebat: quumque, uti in re domeſtica, omnia accurate nitidiſſimeque fieri vellet, ſcripta ſua ipſe tam ſevere judicabat, ut nunquam fere ei ſatisfacerent. Summa vero cum humanitate de copiis ſuis viris doctis, quos probabat, impertiebat, ſaepiusque optabat, ut inter Germanos doctum aliquem reperiret, qui proprio impetu ſtudium Grammaticorum antiquorum ſibi elegiſſet et doctrinam judiciumque, et ingenii ſubtilitatem ſibi approbaſſet, quocum collectiones ſuas libenter communicaret. Quum igitur mihi ſcripſiſſet, ſe inveniſſe virum eum, quem quaeſiverit, Schaeferum Lipſienſem, eique ſe miſſurum eſſe, quaecunque e chartis ſuis editione digna exiſtimaret: gratulatus ſum nobis et de Baſtii conſilio et de viro, quem elegerat. Sed brevis fuit iſta laetitia. Attamen non dubitari poteſt, quin cognati defuncti, quod ipſe voluit, praeſtituri, atque Schaefero annotata manu Baſtii ſcripta miſſuri ſint. Satis jam amiſimus; animus enim abeſt; nunc ſolae chartae editori offeruntur, quas ipſe non ſine novis additamentis, non ſine explicatione aliqua docta miſiſſet. Sed quaenam erit librorum ejus ſors? Doctis, qui Pariſiis vitam degunt, quibusque codices ipſi quotidie ad manus ſunt, non tanti eſſe poſſunt, quanti iis, qui procul a collectionibus codicum mſſ. ſtudiis philologicis vacant. Cui accedit,

numerum doctorum, qui Graecas litteras magni faciant, in praeſenti rerum converſione et ſtatu inter Gallos, multo minorem eſſe, quam in Germania, quamquam doctiſſimus Gail, ex indignatione magis quam ex veritate, Gallus de Gallis in praefatione ad Thucydidem a. 1807 ſcribat: „Au reſte, pour les ſcholies grecques, je ne prends aucun engagement avec le public. Qui, *en France*, à l'exception de dix à douze Helléniſtes, liroit des ſcholies grecques? Si elles ſont deſirées par des ſavans étrangers, je me ferai un honneur et un devoir de répondre à leur voeu.“

Optandum igitur eſſet, ut Principum Germaniae aliquis, inter quos amor litterarum, qua de re nobis iterum iterumque gratulari debemus, adhuc viget, totam librorum collectionem emat, atque alicui bibliothecae publicae adjungat, cui, inprimis ſi codicibus ſcriptis careat, maximi momenti augmentum acceſſurum eſſet, quum quivis fere liber impreſſus loco manuſcripti foret. Sic Baſtii ſimul et nomen et induſtria monumento quaſi publico poſteris commendabitur, eo modo, quem ipſe optabat quidem, ſperare tamen non eſt auſus, ut uſu publico e laboribus ſuis doctis fructus ad quamplurimos redundaret.

Tu vero, mi dulciſſime *Koeſi*, quem uti fratrem minorem amavi, longioris vitae uſu tibi conceſſo, certiſſime fructus uberrimos et ingenii et itineris tui nobis protuliſſes. Nam etſi ſperare liceat, Bröndſtedtium, ſocium iti-

neris, ut chartae defuncti amici recte conſerventur, ſumma diligentia curaſſe; et quamquam in his plura ſcriptoris explicatione non indigeant: attamen conſtat inter nos omnes, collectiones a nobis in itineribus factas et ſenſum et maximam uſus commoditatem plerumque a nobismet ipſis tantum recipere poſſe. — Odyſſeam et Pauſaniam Koeſius ſibi praecipue elegerat, quorum ad correctionem et interpretationem, quicquid in bibliothecis latet, ſedulo conquirebat, nequaquam neglecturus, ſi quid aliud incideret, quod philologis uſum et fructum aliquem afferre poſſet. Maximo igitur cum deſiderio exſpecto reditum Bröndſtedtii: nam ſpes mihi eſt, amicum amici memoriam repetentem in Graecia quoque, quicquid ad Geographiam antiquam pertinens invenerit, collegiſſe, uti antea in bibliothecis Italiae, quicquid ſtudiis meis inſervire poſſe videretur, aut ipſe deſcripſit delineavitque, aut ut deſcriberetur curavit. Vivo tibi gratias referre non potui: exſtet hoc ſaltem ſignum animi mei non ingrati atque amoris, quocum memoriam tuam ſemper amplectar.

Dabam Vratislaviae, Idibus Januariis 1812.

G. G. Bredow.

Digitized by Google

ARGUMENTUM EPISTOLARUM.

Epiſtola I. Editoris ad *Schneiderum*, de Gelenii, Hoeſchelii et Lucae Holſtenii collectionibus Geographorum Graecorum minorum. Pag. 3

Epiſtola II. *Lucae Holſtenii* ad *Peireſcium* a. 1628. Catalogum Graecorum Geographorum, quos editurus erat, referens. — 9

Epiſtola III. Editoris ad *Schneiderum*, de Lindenbrogii conſilio Geographos edendi, et de Jacobi Gronovii et Hudſoni collectionibus, nec non de Frieſemanni, Penzelii et Baronis de Sainte-Croix collectionibus Geographorum Graecorum promiſſis, non vero editis. — 27

Epiſtola IV. Editoris ad *Voſſium*, de itinere et receptu Pariſienſi, maxime de codicibus manuſcriptis Dionyſii Periegetae, ejusque commentatorum, Euſtathii, Nicephori Blemmidae adhuc inediti, et de commentario Anonymi antiquo ac nondum edito; denique de conſilio duplicis Dionyſii editionis, ut in ſcholas redeat. — 39

V. Lettre de M. *Baſt* à M. Bredow ſur un objet relatif à la Palaeographie grecque. — 47

Epiſtola VI. Editoris ad *Voſſium*, de Geographicis e codicibus Pariſ. graecis exſcriptis, ut de Nicephori Blemmidae Geographia, de Georgii Gemiſti (Plethonis) excerptis e Strabone: accedit fragmentum Lydi de Rheno ac Danubio. — 60

VII. Varietas Lectionis, quae in Plethonis Excerptis e Strabonis Geographia in codd. Pariſienſibus mſſ. occurrit. — 69

Digitized by Google

Epiſtola VIII. Editoris ad *Voſſium*, de Dicuilis libro de Menſura orbis terrarum, et de Palladii aliorumque opuſculis de Bragmanibus. Pag. 105

Epiſtola IX. *Koeſii* ad Bredowium, e tribus Aeneae Tactici codicibus Pariſ. textum commentarii ejus obſidionalis corrigens. — 110

X. *Olao Wormio Petrus Olaus Bröndſtedt*: Scholiaſtam Platonis Ruhnkenianum e Codd. Mſ. emendans. — 125

Epiſtola XI. Editoris ad *F. A. Wolfium*, de Georgii Syncelli Chronographia e Codd. Pariſ. ſupplenda et emendanda. — 153

Epiſtola XII. Editoris ad *Pfaffium* Halenſem, de Pappi collectionibus mathematicis, cum fragmento libri quarti, quod in verſione Commandini latina non legitur. — 177

XIII. *Haſii* Dialogus de Vitruvii Rufi et Epaphroditi Excerptis Geometricis: cui addita ſunt fragmenta ex iisdem Excerptis, a. 1616 jam ab Andrea Schotto edita. — 201

XIV. *Haſius* de quibusdam locis Allegoriarum Homericarum, quae ſub Heraclidis nomine feruntur. Adduntur correctiones Heraclidis e Villoiſoni Scholiis Venetis ad Iliadem. — 243

Addenda et Corrigenda. — 257

Digitized by Google

EPISTOLAE PARISIENSES.

Digitized by Google

Digitized by Google

I.

I. G. SCHNEIDERO SAXONI
S. P. D.
G. G. BREDOW.

1812. m. Januario.

Permittas quaeſo, Tu mihi per omnem vitam pie colende, ut nomen Tuum huic epiſtolae praeponam. Nihil habeo, quod Tecum inprimis communicem: quae lecturus es, omnia Tibi notiſſima ſunt. Sed animus me impellit, ut grati amoris piaeque venerationis meae erga Te ſignum aliquod publicum exiſtat. Quum, alma Julia diſſoluta, in Viadrinam translatus eſſem, Tu me paterna benignitate recepiſti; dein ſtudia mea ſublevaſti et adjuviſti, libris et notitia librorum et locis ſcriptorum disquiſitioni meae inſervientibus ſaepe conquiſitis et ſuppeditatis, antequam quid vellem clare proloqui auſus eram; ipſis in rebus domeſticis, ſi quid accidiſſet, numquam conſilio Tuo carui. Neque mutatio loci animum mutavit: Vratislaviae eundem amicum et ducem Te mihi praebes, quem Francofurti gratiſſimo animo ſummoque amore amplecti debui. Qua enim ratione a morbi doloribus nondum liberatus, ipſas has epiſtolas ſcribendas ſuſcipere potuiſſem, niſi Tuo conſilio adjumentoque fretus? lubentiſſimeque profiteor, magna ex parte Tua eſſe, quae ad Te redeant.

Digitized by Google

Quum e magna Geographicorum apud Graecos ſcriptorum copia [a]) duorum tantum opera majora nobis ſuperſint, *Strabonis* et *Ptolemaei;* neceſſe fuit, ut minora et majorum fragmenta, quae forte in codicibus reperta fuerant, majoris momenti eſſe viderentur, omniſque cura adhiberetur, ut haec ſaltem conſervarentur. Plures igitur docti jam fere per tria ſecula haec minora ſcripta, quae ſingulatim expreſſa propter tenuitatem neglecta facile perire potuiſſent, in majorem aliquem faſciculum colligere ſibi propoſuerant: pauci vero, aut potius unus tantum rem aliquatenus perfecit.

Primus talem collectionem inſtituit *Sigismundus Gelenius*, Boëmus, qui poſt longiorem commorationem in Italia, Baſileae typographicis Frobenianae officinae negotiis praefectus maximam quidem temporis partem in ſcriptis alienis corrigendis inſumere debebat, non pauca tamen et ipſe quae imprimerentur conſcripſit. Collectio ejus geographica continet *Arriani et Hannonis Periplovς*, *Plutarchum de fluminibus et montibus et Strabonis epitomen*, graece omnia, impreſſa Baſileae 1533. 4. ſumtu Frobenii.

Alteram collectionem debemus *Davidi Hoeſchelio*, Rectori Gymnaſii Annaeani, quod Auguſtae Vindelicorum eſt, et Praefecto Bibliothecae publicae, qui a. 1600 forma octona ex uno codice mſc., nunc primum, poſtquam cum aliis Hoeſchelii libris Auguſta Vindelicorum Monachium translatus eſt, a viro doctiſſimo *de Hardt* accuratius inſpecto, *Marcianum Heracleotam*, *Artemidorum Epheſium*, *Scylacem* quem dicunt *Caryandenſem*, *Dicaearchum Meſſenium* et *Iſidorum Characenum* graece, brevibus annotationibus additis, edidit.

---

a) Conferas indices auctorum, a Strabone, Stephano Byzantino, Euſtathio in commentario ad Dionyſii Periegeſin citatorum. Ad finem editionis Geographorum minorum indicem deperditorum eorumque fragmenta, quot licebit, dabimus.

Uterque vero liber rariſſimus eſt, ita ut, quanquam diu multumque quaeſitos, conferre adhuc non contigerit. Sequutus ſum in titulis auctoritatem *Harleſii* in nova Fabricii Bibliothecae Graecae editione, vol. I. pag. 42. b) et vol. IV. pag. 609. c)

Pleniorem Geographorum Graecorum minorum collectionem in lucem edere ſibi propoſuerat celeberrimus *Lucas Holſtenius*, Hamburgenſis, cui repulſa, quam munus magiſtri in ſchola civitatis ſuae ambiens paſſus eſt, fortunae fuit. Patria relicta Britanniam transvectus duo per annos et Londini et Oxoniae commoratus eſt, codices inprimis qui ad Geographiam antiquam pertinebant, e bibliothecis tam privatis quam publicis conquirens et quidquid doctis momenti nonnullius eſſe videri poſſet deſcribens. Tum Galliam transgreſſus,

---

b) In verbis autem: „*Cod. (Hannonis) quoque habuit Iſ. Voſſius, qui ejus editionem pollicetur ad Pompon. Melam p.* 302." primo corrigas numerum paginae; eſt p. 402. Dein codex ille Hannonis Voſſianus, ni fallor, nullus eſt aut idem cum Vaticano: nullibi Voſſius codicem laudat; editionem promiſit, cujus vero praecipuam partem neutiquam criticam, ſed res illuſtrantem eſſe voluit. Geleniumque libellum accurate exſcripſiſſe ex unico codice, in quo exſtat, olim Palatino No. 398., dein Vaticano, nunc Pariſienſi, teſtis eſt Baſiius in Epiſt. crit. pag. 42.

c) Dum haec in typographeum miſſurus ſum, *Manſo*, hoſpitibus nobis Francofurtanis amiciſſimus, cui multa et magna auxilia in his epiſtolis ſcribendis nunc jam debeo, ex bibliotheca Magdalenaei Geographica *Hoeſchelii*, aliis libellis prorſus alieni argumenti alligata, affert. Titulus hic eſt: *Geographica Marciani Heracleotae, Scylacis Caryandenſis, Artemidori Epheſii, Dicaearchi Meſſenii, Iſidori Characeni.* Omnia nunc primum, praeter Dicaearchi illa, a *Davide Hoeſchelio Aug.* ex manuſcript. codd. edita. — In libro autem ipſo ſcriptores ad ordinem tituli non ſequuntur, ita ut *Artemidorum* poſt *Scylacem* quaerens, illum prorſus deeſſe credere poſſis, quum Scylacem p. 161. *Dicaearchus* indisjunctim ſubſequitur, et p. 106. *Marcianus Heracl.* praecedit: nam paginae a prima usque ad 106. *Marciani* nomine inſcriptae ſunt. Pag. 94. vero incipit: *Fragmentum Epitomes undecim librorum Artemidori Epheſii,* quam, ſi inſcriptio paginarum editoris eſt, ab eodem Marciano excerptam eſſe Hoeſchelius crediſiſſe videtur, falſus ordine ſcriptorum in cod. ſuo, quod Excerpta ex Artemidoro Marciani Excerpta ex aliis Geographicis exciperent. In codd. mſs. nomen epitomatoris non legitur; igitur cum Luca Holſtenio *Anonymum* eum vocemus.

nonnullos per annos Pariſiis munere Bibliothecarii in domo *Memmii* (des Mesmes), praeſidis ſupremae curiae, fungens, bibliothecas urbis regiae ſtudioſiſſime perquiſivit, multos codices manuſcriptos cum libris impreſſis contulit, multos ineditos deſcripſit. Denique, poſtquam Pariſiis ſe ad religionem catholicam converterat, ut ſibi nulla re impedito in Italia ad omnes litterarum theſauros aditus liber et apertus eſſet, cum Cardinali illuſtriſſimo, *Franciſco Barberini*, doctorum patrono quaſi cognominato, qui legati munere in Gallia functus erat, a. 1627 Romam abiit, ubi copia librorum rariorum et impreſſorum et ſcriptorum ſtudiis ſuis uberrimam materiem praebuit ac ſpem laetiſſimae meſſis excitavit. Hic quoque pergebat praecipuam diligentiam in Geographis veteribus Graecis conferendis ac colligendis impendere, neque Geographiam ſuae aetatis negligens, inprimis deſcriptionibus itinerum Luſitanorum, Hiſpanorum, Batavorum, Anglorum et Italorum docte comparatis, antiquorum enarrationes illuſtrare conatus eſt. Itaque jam initio anni 1628 *Syntagma Geographorum graecorum*, duabus partibus diſtinctum, editioni paratum habuit, cui, *Stephano Byzantino de urbibus* et *Dionyſii Periegeſi cum Euſtathii commentario et paraphraſi graeca* ſeorſim editis, *Sacram Geographiam* addere voluit. Solos libellorum, quos Lucas Holſtenius in hoc Syntagma recepturus erat, titulos *Lambecius* e chartis cognati in Bibliotheca Vindobonenſi edidit, unde Harleſius in Bibliotheca Graeca, tom. IV. pag. 663. eos repetiit. Commentatio vero eruditiſſima viri Graecarum litterarum poſtremis annis vitae fortaſſe inter Gallos peritiſſimi, *de Sainte-Croix*, typis expreſſa in Diario Doctorum (Journal des Savans) a. 1789 menſe Aprili, nos docuit, Holſtenium pluribus de conſilio ſuo egiſſe in epiſtola quadam ad *Nicolaum Peireſcium*, conſiliarium in ſumma curia, quae tum Aquis Sextiis erat, virum etiam illa aetate rariſſimum, qui ipſe in omnibus Antiquitatis partibus ver-

ſatiſſimus, ſtudium Antiquitatis promovere, doctorum labores quocunque modo adjuvare, officii ſui eſſe exiſtimans, ſuis ſumtibus in uſum aliorum libros et impreſſos et ſcriptos conquiſivit atque exſcribi juſſit, et per omnem fere Europam epiſtolas miſit, ut quicquid ullo in loco lateret exploraret, ut de rebus dubiis certior fieret: quamobrem magnopere deplorandum eſt, epiſtolas doctorum ad Peireſcium remiſſas nobis non conſervatas eſſe. Quantum jacturae in eo fecerimus, exemplo erit Epiſtola Lucae Holſtenii. Quae Sainte-Croix ex ea excerpſerat, deſiderium totam legendi epiſtolam movere debuerunt: longum vero per tempus explorare non potui, ubinam lateret; quumque ipſi Domino de Sainte-Croix a. 1807 non certo compertum eſſet, quonam in loco tum aſſervaretur, timendum erat, ne in communi rerum converſione haec quoque epiſtola periiſſet. Baſtio autem meo, non minus ſtudioſe omnes atque omnia de epiſtola illa perquirenti, contigit explorare, aſſervari eam Carpentoractae Meminorum in bibliotheca publica, ex qua viro doctiſſimo *Fortia d'Urban* commodata fuerat, qui eam cum aliis Holſtenianis editurus erat. Pro ſingulari vero ſua humanitate vir clariſſimus, certior factus de meo conſilio, ipſum *αὐτόγραφον* Holſtenii Baſtio conceſſit, ut in meum uſum deſcriberet, qui hunc laborem more ſuo perfecit. Lubenter Te epiſtolam lecturum eſſe ſpero, et mecum gratias quam maximas habiturum viro humaniſſimo, tam varietate doctrinae quam acumine ingenii excellenti, cujus ſcripta inter nos parum cognita eſſe videntur [d]).

---

d) *Schoell* in libro utiliſſimo *Répertoire de Litterature Ancienne*, Paris 1808. tom. I. pag. 25. haec habet: *Ἀριστάρχου περὶ μεγεθῶν καὶ ἀποστημάτων ἡλίου καὶ σελήνης. Ariſtarchi de magnitudinibus et diſtantiis ſolis et lunae. Texte et traduction latine revus et corrigés; le tout terminé par les ſcolies et un commentaire par M. de Fortia, in 8vo. (Sous preſſe chez M. Delance, à Paris.)* — Haec autem editio non prodiiſſe videtur: neque publice in Diariis litterariis eam indicatam legi, neque privatim aut Baſtius aut Schoellius, quibus non incognitum erat, me e codice Ariſtarchi Pariſios translato varietatem lectionis

excerpſiſſe, me certiorem fecerunt, librum promiſſum re vera typis expreſſum editum eſſe. Nam ut nihil Tibi diſſimulem, editione Geographorum minorum abſoluta, *Uranologion Petavii* correctum et auctum typis repetere in votis eſt, ſi Deus vitam et valetudinem ſuppeditet.

Prodierunt autem in publicum praeter multos alios hi libri auctoris noſtri eruditiſſimi:

Hiſtoire ancienne des Saliens, nation Ligurienne ou Celtique, et des Saliens, prêtres de Mars: précédée par l'Hiſtoire des Liguriens, et des Mémoires ſur l'origine de l'Académie celtique; par M. de Fortia d'Urban, Membre de l'Académie celtique; de l'Athénée de Vaucluſe, de l'Académie de Marſeille etc. à Paris 1805. Ad finem hujus libri habes pag. 190-192. indicem librorum auctoris antea impreſſorum, varii argumenti, e. g. *Traité d'Arithmétique.* Avignon 1781. *Principes de Morale naturelle.* Yverdon 1781. *Hiſtoire de la Vie et des Ouvrages de Xenophon. Traité des Progreſſions par addition.* Paris 1795. *Maximes de la Rochefoucauld.* 1802. etc. etc.

Conſidérations ſur l'origine et l'hiſtoire ancienne du Globe. 1807. quo in libro a pag. 1-81. agitur de novis Galliae menſuris, de fortuna et Deo et de aliis.

Mémoire et Plan du travail ſur l'hiſtoire des Celtes ou Gaulois, c'eſt à dire, ſur l'hiſtoire de France avant Clovis. 1807.

Hiſtoire de la Chine avant le déluge d'Ogigès. II vol. 1807. Prima libri pars tota fere eſt in Operibus Europaeorum de hiſtoria Chinae ab antiquiſſimis temporibus usque ad a. Chr. 1650 enarrandis, quam cum fructu leges.

Eſſai ſur l'origine des Anciens Peuples, ſuivi d'une Théorie élémentaire des Comètes, appliquée à la Comète de 1807. à Paris 1808.

Digitized by Google

II.

AD PEIRESCHIUM [a]).

1628. *III. Id. Februar.*
LV. HOLSTENIVS.

Perilluſtris Domine,

Promiſi ſuperioribus meis accuratum *Graecorum Geographorum catalogum,* quos ex variis bibliothecis hactenus conquiſitos in unum *σύνταγμα* compingere ſtatui. eum nunc mitto, cum otii aliquid ad ſcribendum nactus fuerim, unde totum meum inſtitutum et editionis conſilium facile perſpicere poteris: hoc te rogans, ut accurate ſingulis expenſis me moneas, et ſuggeras, ſi qua acceſſione augeri atque ornari hanc ſtudiorum partem poſſe putaveris: et ſi quae latere in bibliothecis vel publicis vel privatis amicorum noveris, ea eruere in mei et publicae utilitatis gratiam ſtudeas. Neque enim quemquam mihi mortalium hactenus videre contigit, qui te antiquitatis cognitione ſuperet, vel perveſtigandi diligentia et felicitate aequet. Si ſtudium hac in re meum atque conatum probaveris, rogo ut commoda occaſione Illmo Cardinali [b]) tuis literis ſedulo id inſtitutum commendes, ex quo non minorem ipſe laudem famamque ſperare poterit, quam alii potentiſſimi reges atque principes, qui Ortelii et Mercatoris conatus foverunt.

Primo ergo loco ponentur aliquot *opuſcula, quae καϑολικῶς de terrae ſitu ſcripſer....* qui *εἰσαγωγῆς* inſtar erunt ad Geographiae cognitionem [c]).

---

a) Haec verba ab aliena manu addita ſunt.

b) *Barbarini*, in cujus domo Lucas Holſtenius inde ab a. 1627 Romae vitam degebat, munere ſcribae et bibliothecarii fungens.

c) Senſum verborum conjectamus; conjunctio grammatica a ſcriptore neglecta eſt.

Digitized by Google

I. *Michaelis Pſelli* opuſculum de terrae ſitu, figura et magnitudine, quod in aliis quoque MSS. Nicephoro Blemmidae adſcriptum reperi. ſub cuius nomine deſcripſeram in Britannia ex bibliotheca graeca Mathematicorum, quam Ill. Henricus Savilius Oxonienſi bibliothecae adjunxit. ſed auctius et emendatius reperi ſub Pſelli nomine apud R. P. Jacobum Sirmundum. Incipit: *ἡ γῆ τὴν μέσην τοῦ παντὸς ἔλαχε χῶραν.* finit: *διὸ γελοῖοι πάντως εἰσὶν ὅσοι κυκλοτερῆ τὴν οἰκουμένην γράφουσι.* Totum opuſculum eſt 6 vel 7 foliorum in 4to.

II. *Ἀγαθημέρου τοῦ Ὄρθωνος γεωγραφίας ὑποτύπωσις.* cujus fragmentum mihi Londini ex Cl. Caſauboni bibliotheca ſuppeditavit Patricius Junius Regius bibliothecarius. ſed integrum poſtea deſcripſi ex 3 regiis Codicibus Lutetiae. Eſt egregium opuſculum et ex optimis antiquis auctoribus confectum, quibus nunc caremus. puto vixiſſe ante DCC vel DCCC annos: cum Damaſcenus integra aliquot capita inde tranſcripſerit in libros de orthodoxa fide. emendavi id nuper ad Palatinum et Altempſianum exemplar. Incipit: *Ἀναξίμανδρος ὁ Μιλήσιος ἀκουστὴς Θαλέω πρῶτος ἐτόλμησε τὴν οἰκουμένην ἐν πίνακι γράψαι.* finit: *Λέσβυ περίμετρος ᾳρ́.* eſt XVIII foliorum graecolat. in 4to.

III. *Ἀνωνύμου ὑποτύπωσις γεωγραφίας ἐν ἐπιτόμῳ.* ejusdem notae opuſculum cum praecedenti, repertum in iisdem regiis MSS. ſequitur in omnibus fere Ptolemaeum. emendavi ex optimo codice Altempſiano. Incipit: *ἡ τῆς ὅλης γῆς περίμετρος.* finit: *ἡ μὲν καθ' ἡμᾶς θάλασσα τοιαύτη.* diſtinctum eſt in XIV capita: et continet folia XXIV graecolat. in 4to. Hoc opuſculum ita placuit P. Bertio, ut conatu mihi extorquere ſtuduerit, ut Breviario ſuo geographico ſubjungeret *ἐπιτομὴν* hanc admodum concinnam, et publice praelegeret auditoribus ſuis.

IV. *Anonymus de deſcribenda terra in globo*, ex mente Ptolemaei. Habui ex regia bibliotheca, ſed cor-

Digitized by Google

ruptiſſimum: et absque ſchematibus mathematicis, in quorum demonſtratione totum opuſculum conſiſtit, nec intelligi poteſt absque illorum ope. id quoque ex Altempſiana emendavi, ubi et figuras illas deſcriptas reperi. Incipit: *τοῦ τεχνικοῦ Πτολεμαίου*. eſt XII foliorum cum latina verſione in 4to. Haec opuſcula hactenus lucem non aſpexere, quibus deinde ſubjungam VII illa, quae Hoeſchelius publicavit: ſed ita emendata, ut plane nova videri poſſint. nihil enim corruptius unquam prodiit. ſequentur autem hoc ordine.

V. *Marciani Heracleotae περίπλων* libri II. author hic *σύγχρονος* fuit Syneſio, qui Epiſtola C. ad Pylaemenem Rhetorem Heracleotam Marciani meminit. totum hoc opus concinnatum eſt ex uno Ptolemaeo: quocirca iactura aliquot capitum facilius et aequiori animo ferri poteſt: tum lacunae ingentes ſingulorum ferme capitum. Solum ego ultimum caput deſidero de diſtantia praecipuarum urbium Orbis ab Urbe Roma: quod indiculus ſecundo libro praefixus promittit, et Stephani epitomator citat, voce *Τίγγις*. puto enim auctorem miliarii aurei et itinerariorum publicorum fidem ea in re fuiſſe ſecutum. Nullum mihi MStum exemplar videre licuit, praeter Palatinum, quo uſus fuit Hoeſchelius.

VI. *Artemidori Epheſii epitomes* fragmentum. huius ego operis jacturam integrae meae bibliothecae impendio redemptam cuperem, cum duo antiquiſſimi et optimi auctores uno hoc exitio interierint, Artemidorus et Menippus. Ex ſolo hoc opuſculo infinita apud Strabonem et Stephanum reſtaurari poſſent. utinam propicius alicunde Deus affulgeat, et egregium hoc opus in lucem et vitam revocet. ego hactenus in omnibus bibliothecis fruſtra quaeſivi: tu videbis, num felicior in perveſtigando ſis futurus. excute omnia, quo minime credas gurgite piſcis erit.

VII. *Anonymi poëtae περιήγησις ad Nicomedem, Bithyniae regem,* Iambico carmine ſcripta, cui

ineptiſſime Marciani Heracleotae nomen praefixere, quod ſine certo nomine in MSto Marciani περίπλῳ ſubjungeretur. probum hoc puriſſimae antiquitatis opuſculum et frugis maximae, ſed quod deplorandum, vix quarta totius operis pars nobis ſupereſt. totum enim internum mare deſcripſerat. Sed ſolatur dolorem meum, quod ducentos et amplius verſus repererim hactenus non editos, in deſcriptione Ponti Euxini, quae falſo Arriani nomen praefert: de qua infra XIV loco ſcribam prolixius: quibus auctior haec περιήγησις noſtrâ operâ prodibit. taceo enim, quod peſſime habita fuerit, mendis obſita, et imperita diſtinctione confuſa [d]). miraberis tantum errorum relictum fuiſſe a Scaligero, Caſaubono et Hoeſchelio. nam Morelliana editio inepta plane eſt, nec verſio ullius precii. noſti hominis ingenium. ſuſceperam ejus verſionem emendandam: verum ubi R. P. Sirmondo ſpecimen laboris mei exhibui, obteſtatus fuit, ut tota Morelliana verſione deleta, de integra totum opuſculum converterem, quod libens tanti viri ſuaſu et conſilio tum feci. Si ſtuporis exemplum cognoſcere libet, vide quam impegerit verſu 16. quod diſtinctio deeſſet poſt τοιαῦτα. v. 429, ubi ex Lychniti lacu lapillum nobis facit, et 567, ubi Macrin auctoris nomen credidit eſſe, quod Euboeae inſulae fuit. v. 728 et 704, ubi Λίμνας et Ἀστικὴν Θρᾴκην propria nomina eſſe ignoravit. nam infinita ſunt vitia ex corrupto textu Graeco ſuborta, quae homini minime perſpicaci condonari poſſunt. huic opuſculo plurimum me ſtudii ac curae impendiſſe prae caeteris omnibus fateor. auctoris nomen nulla conjectura aſſequi potui, quamvis varie nec ſine fructu ingenium torſerim. Si quid

---

d) *Scymni Chii* hos ab Anonymo in proſaicam orationem ſolutos, a Luca Holſtenio reſtitutos verſus eſſe, ipſe poſtea proba conjectura aſſequutus eſſe videtur, quibus fragmenta alius Anonymi ad metrum redacta adjunxit, ita ut Iſaaci Voſſii et Lucae noſtri opera fragmenta operis Scymni Geographici habeamus, quod in nullo codice conſervatum omnibus deperditum eſſe videbatur. Conf. Baſtii Epiſtolam Criticam pag. 4-11.

Digitized by Google

felicius divinare poſſis, maximam promerebere gratiam; majorem tamen, ſi integrius exemplar alicunde protuleris. necdum enim totum in rebus humanis eſſe deſiiſſe puto.

VIII. *Scylax Caryandenſis*, auctor ipſo Herodotò antiquior. errant enim, qui ſub Dario Codomanno vixiſſe arbitrantur, quae Voſſii opinio eſt libro de hiſtoricis Graecis. nimis temere eſt ſecutus ea in re Ioſ. Scaligeri fidem, qui id in fronte libri ſui adnotarat, quem olim ab ipſo Voſſio Lugduni Batavorum utendum habui. Meminit enim eius Herodotus libro IV et ipſum opuſculum aperte auctoris aetatem teſtatur. Inter omnes illos minores Geographos nullus exſtat hoc corruptior. ſed bona fide tibi committo, quid maxime mihi ad perſanandum feliciſſime, paucis locis exceptis, profuerit: obſervavi crebro legendo et errorum ſimilitudine, cum Oxonii hunc auctorem tractarem, vitia omnia orta fuiſſe ex literarum majuſcularum confuſione. unde deprehendi librum ſcriptum fuiſſe charactere antiquiſſimo literis capitalibus, ſed fugientibus et vetuſtate exeſis. ita *Α Δ Δ* et Є *C*, *O Θ*, item *ΛI* et *N* aliosque characteres mirum in modum confuſos obſervavi. itaque quotiescunque mihi aqua haerebat, locum ita depingebam, et dein in varias figuras literarum vicinitate et conjunctione vel diviſione transformabam, donec veram ſcripturam nullo negocio eruerem. Profuit etiam collatio omnium locorum Herodoti et Hellanici, inprimis vero Hecataei, quae apud Stephanum extant. adeo enim conveniunt, ut non dubitem, quin alter alterum *κατὰ πόδα* tranſcripſerit.

IX. *Hannonis περίπλους exterioris orae Africae*, editus ante centum ferme annos a Gelenio, et latine converſus a Gesnero, quamvis verſio emendari aliquot locis debeat. hoc opuſculum Strabo aliique antiqui auctores fruſtra ſuſpectum habuere, adeo etiam ut proverbio locum dederit, ſicuti Pythiae Maſſilienſis, Euemeri et Iamboli navigationes, ut ex Athenaeo videre eſt lib. 3.

Digitized by Google

Ego cum tabulis nauticis Hollandorum, cum Leonis et Sannuti deſcriptionibus Africae accurate comparavi, et prolixa diſſertatione de Phoenicum navigationibus, de circumnavigatione Africae, et inprimis de Eudoxi navigatione, quam Strabo indignis modis exagitat et explodit, fidem antiquiſſimo huic ſcripto adſtruere conatus ſum: totumque iter charta expreſſi, paulo ni fallor felicius, quam Ortelius in parergo ſuo. Diſſertationis partem Ampl. Dn. Grotio Pariſiis legi, cum neſcio cujus Hiſpani reſponſum adverſus mare liberum eo delatum fuit. placuit is conatus viro judicii in hisce ſtudiis, ſi quisquam alius, maximi et eminentiſſimi. cum maxima pars controverſiae ejus inde pendeat: nec poſtremus is Hiſpanorum praetextus ſit, quod intentato omnibus ſaeculis itinere primi ex occidente in orientem penetraverint. Joan. Baptiſtae Ramuſii diſſertationem ex Italico in Latinum converti, cum adhuc in Britannia degerem, ſed ea non eſt tanti, ut iſto loco inculcetur.

X. *Dicaearchi deſcriptio Graeciae.* Hoc opuſculum vulgo exiſtimant particulam eſſe integri operis περὶ βίȣ Ἑλλάδος, quod tribus libris conſtabat, quae mihi ſententia omnino improbatur, nec minus illa Rittershuſii ad Malchum ſeu Porphyrium, qui epitomen hanc totius operis ſupereſſe exiſtimat: nam dum fragmenta omnia, quae ex illo opere ab aliis citantur, accuratius perpendo, perſpicio clariſſime fuiſſe idem inſtitutum Dicaearchi, quod Varronis libris de vita victuque populi Romani, quos libros doctiſſimus Romanorum ad Dicaearchi imitationem ſcripſit. noſti enim, quanto in precio fuerit eo ſaeculo, vel Ciceronis indicio in epiſtolis ad Atticum non uno loco. argumenta librorum Varronis conſervata nobis fuere in fragmento quodam apud Nonium: voce: victuis pro victus. ſcripſiſſe Dicaearchum alia multa in re Geographica cum ex aliis multis, tum ex iisdem Ciceronis epiſtolis liquet: in quibus et haec duo opuſcula numero. duo enim diverſa ſunt, licet male di-

vulſa et confuſa invicem edantur. primum illud ad Theophraſtum Iambis ſenariis, integrum ferme eſt. ſola enim Peloponeſi deſcriptio deſideratur, poſt illa pag. 167. edition. Hoeſchel. *καὶ Λέχαιον λεγομένη πόλις.* deinde ſubjungenda fuiſſet continuo deſcriptio Inſularum, primum Cretae, tum Cycladum, poſtea Sporadum, quae tandem pag. 180. ejusdem edit. leguntur. nam et illa, quae in fine de Sporadibus habentur, Iambi ſunt ſenarii, licet editoribus id non fuerit obſervatum. alterum illud fragmentum *ἀκέφαλον καὶ μείουρον* eſt, nam eo praecipuas civitates omnes Graeciae deſcripſerat vel depinxerat verius. nullum hactenus MStum exemplar vidi, praeter Palatinum. niſi quod in Chriſtianiſſimi Regis bibliotheca elegantiſſimum adhuc fragmentum reperi, quo Pelion montem Theſſaliae et in eo Chironium antrum, et herbas quasdam proprias earumque virtutes mira elegantia deſcribit. cujus ultima verba haec ſunt: *τὸ μὲν οὖν Πήλιον καὶ τὴν Δημητριάδα συμβέβηκε τοιαύτην εἶναι.* ſed Demetriadis deſcriptio nusquam comparet. bona interim me ſpes tenet erutum iri aliquid amplius, modo inſtructiſſimas bibliothecas excutere liberius liceat.

XI. *Dionyſii Byzantii ἀνάπλους Boſpori Thracii*, de quo nuper ſcripſi. Solam ego hactenus praefationem graece reperi, quantivis ſane precii et notae optimae. fuit exemplar apud Nicolaum Sophianum, hominem Graecum et rerum Geographicarum ſatis peritum; et qui ſolus ex ea gente poſt renatas literas patriam illuſtrare conatus eſt: citatque in bibliotheca ſua Geſnerus. Gyllii exemplar in Provincia veſtra latitare perſuaſiſſimum mihi habeo: faxit Deus, ut tuo ſtudio optimus auctor tandem in lucem protrahatur. Si fortuna noſtros conatus deſtituat, ſaltem diligentiae teſtimonium extabit, et aliorum animos ad inveſtigandum excitabo.

XII. *Petri Gyllii commentarius in Dionyſium*, vitioſiſſime editus eſt, ita ut labor ille neminem juvare poſſit, niſi rerum Geographicarum apprime peritum.

Digitized by Google

Haeredes ex ſchedis poſthumis publicarunt opus, quod omnium minime ipſi intelligebant. ego maximo ſtudio et difficili labore totum recenſui ad auctoris mentem, et ſedulo omnia auctorum loca, quae citat, perquiſivi et contuli. neque id ſolum, ſed chartam Boſpori, ex tabulis nauticis Hollandorum, et duobus itinerariis, altero Anglico Edmondi Sandes, altero Gallico Dn. de la Haye, ad Dionyſii et Gyllii mentem confeci, et debebunt aliquid manes Gylliani induſtriae meae.

XIII. *Arriani περίπλους Ponti Euxini*. quem Gelenius primum graece edidit, deinde utraque lingua Gul. Stuckius magno et verboſiſſimo commentario bene onuſtum. Extat et Turnebi latina verſio, ſed nimiam ille etiam in leviſſimis Latinitatis rationem habuit. Dabo aliquot locis emendatiorem, cum ſcholiis neceſſariis.

XIV. Alia *deſcriptio Ponti Euxini*, *confecta ex tribus antiquis auctoribus*, *Arriano* ſcilicet, *Anonymo Periegete* Iambico, de quo ſupra loco VII. et *Marciano ſeu potius Menippo*, quem Marcianus tranſcripſit. ex horum fragmentis invicem conjunctis quaſi emblematis teſſellatum hoc opus concinnatum, forte a Conſtantino Porphyrogeneta; cujus conjecturae rationes nuper tibi expoſui. Poſteriorem partem primo in Palatino codice reperi a Boſporo Cimmerio Byzantium usque, dein primam ab eodem Boſporo usque ad Phaſin in alio MSto Vaticano. eo nomine gratiſſimum mihi fuit inventum, quod CCXL verſus Anonymi illius poëtae nobis conſervati fuerint: eoque vehementius deſidero integrum exemplar alicunde protrahi, quo damnum illud reſarciatur. Poſteriorem illam partem Cl. Salmaſius paſſim citat nomine *περίπλου paludis Maeotidis Arriani*, cum nihil niſi oſtium in tranſitu tangat, et recentior ſit non Arriano ſolum, ſed Marciano quoque Heracleota.

XV. *Arriani περίπλους maris Erythraei.* hunc enim auctorem, licet falſo, exemplar MStum praefert, unde Gelenius editionem primam expreſſit. Certum eſt

fuiſſe

fuiſſe mercatorem Alexandrinum σύγχρονον Marino Tyrio aut Ptolemaeo Geographo. Graecum textum ex conjectura multis locis emendavi, cum alia non ſuppetant auxilia praeter ingenium, et maximo mihi adjumento fuere chartae nauticae ſinus Arabici, et topographica delineatio omnium portuum ad oram Aegyptiacam, quas in Anglia ex autographo Joannis de Caſtro proregis Indiae orientalis depinxi. interceperant eas Angli temporibus Eliſabethae, cum accuratiſſima deſcriptione ejusdem auctoris, qui juſſu regis Hiſpaniarum totum ſinum accuratiſſime circumnavigando luſtravit. tum in Indiae ora recte conſtituenda ad Arriani mentem et ex rei natura atque veritate, unice mihi profuit *charta Imperii magni Mogor* Indoſcytharum regis, quam eques Anglus, legatus eo a Jacobo rege miſſus, delineavit et Anglica lingua publicavit. Id tibi affirmo, quotquot in hunc diem Geographi chartas Indiae ediderunt, ad unum omnes Indi fluminis curſum atque oſtia penitus ignorarunt, et hujus rei veram cognitionem uni Anglo debemus, nec mireris uni me fidem adhibere adverſus tantam ſcriptorum turbam. nam praeterquam quod cum antiquorum relationibus conſentit, vidi ego Lutetiae militem Armenum, magnae experientiae hominem, qui permultos annos et in Perſica et in Indica aula vixit, qui percunctanti mihi eadem omnino retulit. vivitque hic Romae Petrus Valla, Illuſtris Vir, πολυΐστωρ καὶ αὐτόπτης multorum regnorum, praeſertim Orientis: qui ultro mihi eandem chartam viſam ſibi in ipſa India mirifice laudavit. Hinc ego, et primus auſim dicere, Arriani illius mentem perſpexi, et cum noſtrorum hominum navigationibus comparatum plurimis locis illuſtravi, non ſolum obſervationibus, ſed et charta Geographica. nam ſi Ortelianam inſpicias, credas totam Indiae faciem diluvio aliquo Platonico, aut Stoico incendio priſtinam omnino formam mutaſſe. de mercibus Indicis, nam ea quoque non exigua illius libri pars, multa egregia hic reſcivi et quidem ex familiaribus

et domeſticis Ill[mi] Cardinalis noſtri, qui toto animo in eam naturalis ſcientiae partem incumbunt.

XVI. *Iſidori Characeni manſiones Parthicae:* quas ex Regio et Altempſiano MSStis optimae notae pluribus locis emendavi et ſupplevi.

XVII. *Palladii* cujusdam *narratio de Indis et Brachmanis.* hanc Londinii ex Cl. Patricii Junii bibliotheca habui, et extat latina verſio inter hypobolimaea D. Ambroſii, illi enim id opuſculum affingere auſi fuere. ſed nuper amicus editum in Germania a Joachimo Camerario oſtendit cum verſione eius latina. Palladius is ſcholaſticus ſive rhetor fuit, qui Gregentii disputationem cum Herbano Judaeo in ultima Arabia habitam deſcripſit.

XVIII. *Anonymi* auctoris *periegeſin orbis terrarum, barbaro ſtylo ex Graeco in Latinum converſam,* quam Cl. Salmaſius a Fr. Jureto habuit et perbenigne mecum communicavit. citat eam aliquoties in commentario ad hiſtoriae Aug. ſcript. accurate Imperium Romanum et plerasque omnes provincias et primarias civitates deſcripſit, notatis etiam incolarum moribus, frugibus mercibusque, quas ſingulae regiones ferunt. Vixit auctor ſub Valente Imperatore, quantum conjicere poſſum. mallem extaret bono potius ſermone Graeco, quam Latino non bono, imo longe peſſimo. [e])

XIX. *Gemiſti Plethonis emendatio errorum aliquot Strabonis.* ejusdem deſcriptio Graeciae ex Strabone excerpta. et deſcriptio Peloponeſi, quam Sambucus cum Stobaeo ſuo edidit. Subjungam varia excerpta Geographica ex diverſis MSStis hinc inde a me collecta. omnia haec ſimul graece et latine conficient XY folia in 4to.

XX. *Strabonis epitome* ultimo ſequetur loco hujus *συντάγματος*, cujus occaſione totum Strabonem obi-

---

e) Hujus libelli eodem anno, quo Lucas hanc epiſtolam ſcripſit, editio princeps prodiit, Genev. 1628. 4. curante Jac. Gothofredo, celeberrimo Juriſconſulto, cui Salmaſius codicem Juretianum eum in finem conceſſerat.

Digitized by Google

ter percurrere licebit, et diatribis aliquot illuſtrare. habeo enim beneficio Patricii Junii, viri humaniſſimi et amiciſſimi, Strabonis exemplar olim ab Henrico Schrimgero, magno P. Junii avo, in Italia ad VI antiquorum codicum fidem collatum, tanta diligentia, ut majorem nunquam me vidiſſe meminerim, nec ſine ſtupore librum unquam adſpiciam. ejus uſum cum Henr. Stephanus aliquando ſibi impetraſſet ad aliquot dies, enotavit ea et ſublegit, quae videbantur eſſe praecipua, quibus adjutus fuit deinde Caſaubonus in ſua editione adornanda. Sed nec quartam partem tranſcripſit H. Stephanus, ut uberrimum poſt ejus meſſem mihi relictum ſit ſpicilegium. Verum Strabo majus ocium requirit et majorem eruditionem et judicium limatius, quam ego praeſtare queam. *Scripſi* in Anglia *obſervationes et exercitationes in duos priores libros*, quibus antiquiorum Geographorum rationes examinat, et ſuas probat. ego Strabonis eodem modo ad examen revocavi, quo ipſe veterum expendit. quam partem, cum *ἐκ σφαιρικῆς καὶ κυκλικῆς θεωρίας* dependeat, Iſ. Caſaubonus non ſatis pertractaſſe mihi tum videbatur. et multas veterum ſententias relationesque ex navigationum noſtri ſaeculi certitudine confirmavi, ſed maturiori judicio egent omnia.

Atque *haec prima Syntagmatis Geographici pars erit*, quam totam editioni paratam habeo [f]), ſolo Dionyſio Byzantio et Strabonis epitome excepta. cui *ſecundam* deinde ſubjungere ſtatui, quae omnes *auctores complectetur, qui de Vrbe atque Imperio Conſtantinopoli-*

f) Neque editio prodiit, nec quae Lucas Holſtenius ad eam parata habuit, ſuperſunt, quamquam plura manu Lucae ſcripta Romae, Bremae aliisque locis conſervantur. Sic re vera totam editioni paratam habuit cum titulo et praefatione Periegeſin Dionyſii cum commentario Euſtathii, paraphraſi e codd. ſic emendata, ut plane nova videri poſſit, et annotationibus, brevibus quidem, ſed optimae frugis. Quae omnia integra conſervata accuratiſſime Romae tranſcripſit vir nobiliſſimus, *Uhden,* tam profunditate quam elegantia doctrinae excellens, omniaque rara cum humanitate mecum communicavit.

Digitized by Google

tano ſcripſere. quod opus aliquem uſum afferet ad poſteriorum ſaeculorum hiſtorias, qua ſacras qua profanas, rectius intelligendas: ſed nonnulla in eo genere deſidero, quae hactenus mihi tranſcribere non licuit. Recenſebo ordine quos collegerim, ut de his quoque judices, et tuo conſilio me adjuves.

I. *Heſychii* V. Illuſtris *origines Conſtantinopolitanas* a Meurſio editas.

II. *Codini antiquitates,* quae quadruplo auctiores in Vaticano extant, praeter ea quae Gretzerus in nupera Codini editione ſupplevit.

III. *Anonymi collectio antiquitatum Conſtantinopol.* ex MSto Regio a me deſcripta.

IV. *Pauli Silentiarii ecphraſis Eccleſiae S. Sophiae,* verſibus heroicis mille et amplius ſcripta, quam coram Juſtiniano Imp. recitavit, et Agathias in hiſtoria vehementer praedicat. Eam ex Palatino Codice tranſcripſerat Cl. Salmaſius, unde ego mihi Lutetiae deſcripſi. tentarem Latino carmine exprimere, niſi me inimitabilis Graeci ſermonis felicitas deterreret, tum difficultas operis, quod in marmorum coloribus et ſtructurae minutiis deſcribendis verſatur, quae ſi proſa oratione explicentur, vix tamen intelligi ſatis poſſunt ab iis, qui ſtructuram templi illius oculis nunquam uſurparunt.

V. Alia *Ecphraſis Ambonis ejusdem Templi* eodemque auctore heroico carmine ſcripta.

VI. *Petri Gyllii deſcriptio Vrbis Conſtantinopol.* commentarii locum in omnes praecedentes auctores ſupplebit, qua nihil accuratius elaborari poteſt, ſed peſſime ab editoribus excepta fuit.

VII. *De regionibus Vrbis CP.* libellus, quem *Petrus Gyllius* quoque commentario ſuo ſubjunxit: et alii non ſemel edidere.

VIII. *Emanuelis Chryſolorae comparatio Veteris et novae Romae* graece ſcripta ad Joannem Imperatorem elegans ſane et ſatis prolixa. miſit eam ad me

Digitized by Google

R. P. Andr. Schottus. Graecus textus eſt XX foliorum et amplius in 4to.

Atque haec de ipſa urbe. Sequuntur *qui de Imperio CP.* ejusque provinciis ſcripſere.

IX. *Hieroclis Grammatici* συνέκδημος *ſive noticia provinciarum Imperii orientalis,* ex quo Conſtantinus Porphyrogeneta capita aliquot in primam Thematum partem tranſcripſit. reperi eam in Vaticana bibl. licet ſine auctoris nomine, quod Conſtantini auctoritate appoſui. deſcribit Daciam, Moeſiam, Thraciam, Macedoniam, caeteramque Graeciam omnem, et univerſam Aſiam minorem, Syriam. ſed in Phoeniciae deſcriptione deficit: et deſideratur Arabia, Aegyptus, Libya. ſed ex Regia bibliotheca deſcripſi *noticiam Eccleſiaſticam Imperii CP.,* quae Graeciam Aſiamque juxta Thronos metropolitarum et ἐπισκοπὰς deſcribit. in caeteris quae Antiocheno, Hieroſolymitano atque Alexandrino ſuberant, Imperii noticiam ſequitur, geminam omnino illi Hieroclis, quam dixi: et ſine dubio ex eadem tranſcripta. ea Phoenices, Palaeſtinae, Arabiae, Aegypti et Libyae provincias omnes enumerat, tum ſingularum μητροπόλεις et civitates. facta fuit haec noticia Eccleſiaſtica tempore Leonis Imp. et Photii P. CP. hujus ope Hieroclis συνέκδημος redintegrari omnino poterit.

X. *Conſtantini Themata* δυτικὰ καὶ ἀνατολικά. emendata ſedulo ex Regio codice et parte prima ex Vatic^o. ad hunc auctorem multa ex hiſtoria miſcella, Zonara, Cedreno ſimilibusque auctoribus collegi de Thematibus. et totum Imperium CP. tabula exprimam in themata diviſum. id quaero, quo imperante ea diviſio coeperit? tum integrum mihi codicem obtingere cuperem, ut ea quae in fine deſunt ſuppleri poſſint. Opus alterum *de adminiſtrando Imperio* neſcio an huic corpori Geographorum inſerendum, quod miſcellum ſit, non Geographicum. nollem id vere de me dici, Olla olera ipſa legit.

BIBLIOTECA NAZ. ... ROMA

Digitized by Google

XI. Subjungam *noticiam iſtam Epiſcopatuum*, quam modo commemoravi, *tum illam Codini*, ſed longe emendatiorem: aliaque a me collecta ex Regiis et Vaticanis MSStis, quibus Eccleſiaſtica Geographia illuſtrari poterit. Lutetiae recenſueram omnes ferme *conciliorum ſubſcriptiones*, et ordine ad Miraei noticiam adnotaram, ſed amico furto mihi is liber ſublatus fuit. quocirca labor is mihi iterandus erit publici boni cauſſa.

Subjungam mantiſſae loco *varios auctores qui de miraculis locorum ſcripſere*, omiſſis tamen Meurſianis illis. habeo *Philonis Byzantii* Sophiſtae opuſculum *de VII miraculis mundi*, *Sotionis excerpta de miraculis aquarum*. et de iisdem *Pauli Silentiarii* carmen in Pythias thermas. et extat *Anonymi collectio* diverſarum ſententiarum *de incremento Nili*. quibus addere poſſem *Porphyrii* prolixum locum *de fonte mirabili apud Indos* ex libro de Styge hactenus *ἀνέκδοτον*. ita Photius cod. CLXXXVIII. commemorat *Protagoram* quinque libris rerum Geographicarum ſubjunxiſſe ſextum, quo, uti quidem ipſe ait, *τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην δοξολογουμένων ἀναγράφει τὴν ἱστορίαν*. ne quid ſine exemplo peccem.

Habes *de Syntagmate minorum Geographorum*. *Seorſim dabo*, ſi Deus vitam dederit et ſanitatem, *majores aliquot*.

Stephani ἐθνικῶν ἐπιτομὴν, collatam ad duos Codd. Palatinos, ſed ab aliquot myriadibus errorum repurgatam ingenio et conjecturis ex ſimilium locorum comparatione, tum ſedula contentione aliorum auctorum, Strabonis, Ptolemaei etc. hoc nimis quam vere affirmare poſſum, et doleo, plus me temporis uni Stephano emendando impendiſſe, quam juri univerſo mediocri cum laude perdiſcendo ſuffeciſſet. et quicunque codicem meum inſpiciunt, ut pertinaciſſimi laboris ſpecimen mirantur. promittebam mihi nova et inviſa aliis ſubſidia ex Romanis bibliothecis ad miſellum ſcriptorem perſanandum, quem epitomatorum licentia et librariorum imperitia ſo-

Digitized by Google

ricina naenia confoſſiorem nobis reliquit. ſed fruſtra. vidi *Trecis MS.* exemplar apud *Dn. Pithaeum,* ſed recens admodum: cujus uſum fruſtra pluribus menſibus ſperavi, quamvis ultro nec ſemel Pariſiis promiſiſſet. In Vaticano extat latina verſio Bened. Aegii Spolet., ſed fideliter ferme omnes errores transtulit, mallem videre annotationes ad graecum Codicem.

Dionyſium Afrum diligenter recognovi. *Euſtathii commentarium* ex R. P. Sirmondi MSto et alio Ill. et R. Archiepiſcopi Tholoſani aliquot pagellis ſupplevi, paſſimque emendavi. tranſcripſi ex Regio MSto graecam paraphraſin, ſed modicae frugis. *Feſti Avieni verſionem* accuratiſſime correxi, fretus ingenio, cum MSS. nullos repererim. ſcripſi *animadverſiones in omnes interpretes et ſcholiaſtas,* qui in multis non leviter hallucinantur. *Priscianum* Andr. Papius ſedulo emendatum nobis exhibuit. niſi me ſcriptionis continuae taederet, adderem novam verſionem Euſtathii: eſt enim utiliſſimus ejus labor in Dionyſium: et duae verſiones quae extant infra omnem mediocritatem ſunt, ne dicam ineptiſſimae. et *jam olim in Batavia Cluverius hunc mihi laborem dederat,* ut ſtilo exercendo, et perdiſcendae Geographiae novam verſionem inſtituerem.

Sed ecce tibi et *Sacram Geographiam,* quam reſtaurare conatus fui, neſcio quo ſucceſſu, is enim in Dei manu eſt.

I. *Euſebius Caeſarienſis* περὶ τοπικῶν ὀνομάτων τῶν ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ. id opus in Anglia ex vitioſo exemplari Iſ. Caſauboni deſcripſi. deinde Lutetiae ad regium exemplar emendavi. nunc aliud exemplar in Vaticano quaero. hactenus enim eruere non potui.

II. Divi *Hieronymi liber de nominibus locorum in S. Scriptura* ex Euſebio converſus, ſedulo a me collatus ad VI antiquiſſimorum MSS^um membranas, emendatus locis infinitis, et ſuppletus pagina una et altera.

nam Marianus ſatetur, ſe MSS. in hujus libri editione deſtitutum fuiſſe.

III. *Bedae liber de nominibus locorum in actis Apoſtolorum*, ad MSS. emendatus.

IV. *Eucherii* (Lugdunenſis, ut puto) epiſtola ad Fauſtum presbyterum inſularum (is poſtea Rhegienſis epiſcopus) *de ſitu Judaeae.* deſcripſi ex vetuſtiſſ. MSto Oxonienſi, et habui exemplar a Patre Sirmondo, neſcio ubi in Italia repertum. his adderem *Adamnani*, *Bedae*, *Brochardi*, *Epiphanii* Monachi et aliorum antiquiorum et melioris notae auctorum *deſcriptiones Terrae Sanctae.*

Item *de terrae diviſione inter liberos Noë*, ex Euſebii chronicis, et chronico Alexandrino, et duobus antiquis latinis interpretibus, quorum alter in opere Euſebiano, alter in antiquis lectionibus Caniſii extat. Singuli vitiis ſcatent, quae mutua collatione feliciter maximam partem perſanavi. placuit hic labor R. P. Sirmondo: qui antiquiſſimum Latinum codicem ſuppeditavit, qui plurimum me juvit. continet is *collectiones Chronologicas ex Euſebio, Idacio et Turonico*, pro quo Caniſii exemplar monſtroſum Tauromachi nomen exhibet.

Sed ridebis, ſcio, me obſcurum homuncionem tam magna in univerſo orbe illuſtrando moliri. ſed quicunque tandem eventus ſtudium noſtrum ardentiſſimum, et pertinacem aliquot annorum laborem excipiat, ego vel mori et ſuccumbere in honeſto inſtituto glorioſum exiſtimabo. mitto enim alia quae ipſe meopte ingenio in hoc ſcientiae genere mecum inſtitui, videlicet προπαιδείαν γεωγραφικὴν *duobus integris libris.* quorum *primo* τὴν κυκλικὴν θεωρίαν, atque ea quae ex Phyſicis et Mathematicis ad Geographiae cognitionem afferri debent, ſolide ex antiquis auctoribus deducam et demonſtrabo. *altero* τὴν περιοδικὴν ἱστορίαν ordine pertractabo, dividens orbis terrarum cognitionem per aetatum gradus, *ut L. Florus hiſtoriam Romanam.*

Digitized by Google

hujus typum et delineationem alias mittam. ſtatui enim *συντάγματι* noſtro introductionis loco eam praemittere, et conſilium hoc meum amicis Pariſienſibus inprimis probari ſenſi. Nunc id ſedulo ago, ut *Abulſedam principem Syriae, Geographum,* ni Poſtellus et Rammuſius fallant, non ſolum inter Arabes ſed antiquos omnes praecipuum, ex Palatino Codice in Latinum vel Italicum ſermonem converti curem. *Rogavi Ill^{m} Cardinalem,* ut aliquem ejus linguae peritum mihi adjungere velit, qui interpretandi laborem ſuscipiat, et vehementer *te rogo, ut tuis eum literis cohorteris,* ut ſuam auctoritatem commodare ea in re velit publicae utilitati, nec opus adeo magnum eſt, quin uno menſe ab homine modici laboris converti queat. facile tibi erit et proclive legere ea quae Ramuſius de hoc auctore in praefatione itinerum et navigationum ſuarum ſcribit, qui tantum non triumphum et immortalitatem ex ſolius iſtius editione pollicetur. *Chartas Geographicas,* ſine quibus *ἄψυχον* eſt hoc ſtudium, et ſyntagmati meo et Abulfedae adjungam, neque enim ea parte deſtituor. quod ideo ſcribo, quia ſerio tu id ſcire cupere videbaris, et apparebit brevi ſpecimen artis noſtrae, *ager* ſcilicet *Romanus ſuburbanus.* hoc eſt *Patrimonium S. Petri,* utrumque Latium, et ager Sabinus: quem una charta maiori, in gratiam Ill^{mi} Cardinalis deſcripſi, conjunctis nominibus recentibus et antiquis, et deductis quaquaverſum ab urbe viis publicis, ea enim incepti cauſſa et ratio fuit. hoc labore primo omnium Illmo Cardinali ſtudia mea placere coeperunt, adeo ut juſſerit me ſummo Pontifici tabulam eam coram exhibere. quod et factum tum fuit: qui poſtea operum publicorum magiſtros ad me miſit, ut et ipſi conatum noſtrum Geographicum viderent. Urget Ill^{mus} Cardinalis, ut primo quoque tempore agrum Romanum ſubeam, et omnia meis oculis luſtrem, cum multa rectius conſtitui poſſint, quam ipſius Cluverii tabulae exhibeant. fiet id intra menſem, diebus paulo longioribus

et coelo mitiori. poſtea aere eam exprimi duobus maximis ſoliis chartae regiae curabimus, adjunctis deſcriptiunculis, quibus viarum rationem, ductus et divertigia oſtendam. Detuli mecum Lutetia *Bergerium*, ſed is quod oculis ſuis Agrum Romanum nunquam luſtrarit, etiam leviſſimos et tralaticios aliorum errores temere ſequitur. Sed mihi confabulandi tecum cupidine epiſtola tandem in volumen excrevit: quem ego ſcribendi laborem lubentiſſimo animo ſumpſi, ut de Geographici ſtudii ratione univerſa tibi conſtaret, atque ut ſingula diſpicias et ſi qua poſſis inſtitutum noſtrum juves. poteris autem haud dubie plurimum: cui omnes bibliothecarum receſſus noti et aditus patent, quod ego ex Dionyſii perveſtigatione facile perſpexi.

Vale, Ill. Domine, et prolixitati noſtrae ignoſce.

Romae CIƆIƆCXXVIII. a. d. III. Id. Febr.

Ill. D. V.

addictiſſimus et devinctiſſimus
Servus
Lucas Holſtenius.

III.

SCHNEIDERO DILECTISSIMO.

Legiſti epiſtolam Holſtenii, caeteriſque ejus libris et impreſſis et ſcriptis (multos enim ineditos reliquit) collatis, Tu fortaſſe ſolus inter doctos noſtrae aetatis de hominis induſtria ac ſtudiorum ejus ambitu et profunditate non ſtupebis. Quo magis deplorandum eſt, inter plura ab ejus manu ſcripta etiam quae ad hoc Syntagma Geographorum edendum paraverat deperdita eſſe. Ubinam enim ea potius quaeſiveris, quam in Bibliotheca familiae Barberini, in qua et commentarius et paraphraſis graeca in Dionyſium Geographum conſervantur? Neque tamen Vir nobiliſſimus *Uhden*, neque amiciſſimus mihi *Koes* in illa aut alia bibliotheca Romana ullum libelli a manu L. Holſtenii ſcripti, qui ad Geographos minores pertineret, veſtigium detegere potuerunt.

Eodem anno 1628, quo haec Holſtenii epiſtola ſcripta eſt, *Jac. Gothofredi* IC. *Veterem orbis deſcriptionem* edens, in fine dedicationis ad Salmaſium haec ſcribit: *Quare erit proculdubio et gratum* ἕρμαιον *iſtud Cl. V. Lindenbrogio, amico noſtro, cujus veterum Geographicorum opuſculorum* συναγωγὴν *in dies expectamus.* — Hic *Lindenbrogius* non eſt clariſſimus nominis, cognomine *Erpold*, editor *Scriptorum rerum Germanicarum ſeptemtrionalium vicinorumque populorum*, Francof. ad Moenum 1609, (iterum editorum et auctorum a J. A. Fabricio. Hamburg. 1706.) [a]), qui jam a. 1616 mortuus eſt: ſed

a) Ex hac collectione in noſtram Geographorum editionem integra recipiemus *Itineraria Ohtheri et Wulfſtani*, quae cum *Dicuili* libro, de quo in ſequentibus, atque excerptis Geographicis e

Digitized by Google

filius ejus, *Fridericus Lindenbrogius*, eſſe videtur, qui praeter multa alia patris exemplum imitans *Diverſarum gentium hiſtoriae antiquae ſcriptores* in tres partes diſtinctos edidit, Hamb. 1611. 4., inter quos maxime recenſio *Jornandis*, obſervationibus illuſtrati, laudatur. De ejus vero conſilio, collectionem Geographicam edendi, illis Gothofredi verbis exceptis, nullibi adhuc ne ſyllabam quidem reperire potui. Fortaſſe Tu eris felicior.

Tertia, typis nitidiſſime expreſſa collectio eſt, quam *Jacobus Gronovius* dedit, ſic inſcripta: *Geographica Antiqua, hoc eſt: Scylacis Periplus maris mediterranei. Anonymi Periplus Maeotidis paludis et Ponti Euxini. Agathemeri hypotypoſis Geographiae. Omnia Graeco-Latina. Anonymi Expoſitio totius mundi Latina. Cum notis Iſ. Voſſii, I. Palmerii, S. Tennulii, et emendationibus Iacobi Gronovii.* Lugduni Bat. 1697. 4. — Quum vero paulo poſt Hudſonianae collectionis prima pars prodiiſſet, in quam et Scylacis Periplus cum *Dodwelli* de Scylacis aetate diſſertatione receptus erat: Gronovius et Dodwelli rationes iracunde improbans, et conqueſtus, notas ſuas truncatas, etiam alienis verbis adulteratas, ab Hudſono tranſſcriptas eſſe, ſingularem diſſertationem editioni ſuae Geographicorum addidit, novoque titulo opus inſcribi juſſit: *Geogr. Antiqua* — — *Gronovii*, Cujus accedit Animadverſio in Oxonienſem editionem et Examen Diſſertationis de aetate Scylacis cum fragmento Ephori. Lugd. Batav. 1700. — Indulgebimus aliquid indignationi Gronovii: nam ſi quis rem longum per tempus praemeditatam recte egiſſe ſibi perſua-

ſcriptoribus latinis ejusdem aetatis (VI-X. ſeculi) ſingulare volumen explebunt, partim quoque ex auctoritate *Joannis Mülleri*, per omnem vitam mihi pie colendi, qui hanc Geographorum minorum novam editionem omni modo promovere ſtudebat. Cf. Recenſionem *Morelli Bibliothecae manuſcriptae* in Ephemeridibus litterariis Jenenſibus a. 1804. No. 73.

Digitized by Google

ſum habet, et alius repente ad eandem rem accedens brevi idem perfeciſſe ſibi videtur; aliquatenus iraſci licebit. Gronovii editionem Geographicorum optimis Graecorum ſcriptorum editionibus adnumerandam eſſe, docti merito judicant. *Hudſonus* vero, quem modeſtia ſua contra Gronovii acerbitatem tueri debuiſſet, ut ingenue quod ſentiam fatear, neque ſtudia prioris vitae praecipue Geographiae veteri tribuerat, neque longum per tempus rem praemeditatus erat, neque in ipſis Geographis edendis juſtam et neceſſariam impendit diligentiam: qua de negligentia non miraberis, ſi in ipſo praefationis limine legeris, hunc *laborem ab eo ſusceptum cum taedio proceſſiſſe,* et non niſi *labore improbo* finito *taedium peractum fuiſſe.* — Attamen Batavus nimis acriter in Anglum invectus eſt. *Hudſonus*, vir integri animi, interdum, uti videtur (cf. e. g. dedicationem ad vol. III. Geogr. min.), triſtibus de vita humana cogitationibus nimis gaudens, doctrina atque ingenio Gronovio neutiquam poſtponendus, in eo infelix erat, quod rarius quae voluit, ſaepius quae bibliopolae poſtularunt, elaborabat. Sic Hudſonus non is fuiſſe videtur, qui Thucydidem edere deberet; attamen haec editio melioribus adnumeratur, brevibus enim editoris annotationibus res ſaepe praeclare illuſtrantur. Ita quoque gratias ei debemus, quod denique, poſtquam ſpes collectionis Geographicae ab aliis iterum iterumque facta decollaverat, ſcriptores Geographicos minores ſingulatim expreſſos collegit, notas doctorum in eos ſelectas ſuasque, plerumque breviores, adjunxit, nonnulla ſcripta inedita primus in lucem produxit, et, quod editioni eius maximo ornamento eſt, diſſertationes *Henr. Dodwelli* de aetate et ſcriptis ſingulorum ſcriptorum nobis dedit, quas auctor, hac ſola Hudſoniana collectione excitatus, in gratiam editoris ſcripſit. Occurrunt in iis errores opinionum ſingulares: diſcimus tamen inde etiam ubi ingenium viri docti in erroribus verſatur; et eſt dubitandi quoque ars quaedam.

Digitized by Google

Quatuor volumina Hudſonus edidit, in quibus haec ſcripta Geographica continentur.

In *primo*, quod Oxoniae e Theatro Sheldoniano 1698. 8. prodiit, Dodwelli de Geographorum, quos hoc volumen continet, aetate et ſcriptis, diſſertationibus praemiſſis, haec inſunt:

1. *Hannonis* Periplus.
2. *Scylacis Caryandenſis* Periplus.
3. *Agatharchidis* Periplus Rubri Maris.
4. *Arriani* Periplus Ponti Euxini.
5. *Arriani* Periplus Maris Erythraei.
6. *Nearchi* Paraplus ex Arriano.
7. *Marciani Heracleotae* Periplus.
8. Fragmenta *Menippi Pergameni*.
9. Fragmenta quaedam *Artemidori Epheſii*.
10. Ponti Euxini et Maeotidis Paludis Periplus.

In *Volumine ſecundo*, quod 1703 prodiit, item diſſertationibus Dodwelli de ſingulis ſcriptorum auctoribus praemiſſis, haec continentur:

11. *Dicaearchi* Status (βίος) Graeciae.
12. *Iſidori Characeni* Manſiones Parthicae.
13. *Scymni Chii* Periegeſis.
14. *Plutarchi* libellus de fluviorum et montium nominibus, et de his quae in illis inveniuntur.
15. *Agathemeri*, Orthonis fil., compendiariae Geographiae expoſitionis libri duo.
16. Cheſtomathiae e *Strabonis* Geographicis.

Volumen *tertium*, quod 1712 prodiit, haec continet [b]):

---

b) Ad finem diſſertationum vol. II. p. 208. Hudſonus promiſerat, Volumen tertium complexurum eſſe: 1. *Ephori* fragmentum. 2. *Dionyſii* Periegeſin, cum Commentariis Graecis *Nicephori Blemmidae* e Cod. Bodlejano et cum Verſione metrica *Ruſi Feſti Avieni*. 3. *Cosmae* Monachi Topographiam Chriſtianam (cujus ſub finem exſtat Monumentum Adulitanum) ex Apographo Bigotiano. 4. *Dionyſium Byzantium* (ſi quo modo ad manus noſtras pervenerit) de Thracio Boſporo. 5. Anonymum a Gothofredo editum.

Digitized by Google

17. Fragmentum graecum ex *Dionyſii Byzantii* Anaplo Boſpori Thracii, adjuncta *P. Gyllii* verſione latina integri operis (ſi fabula vera).

18. *Anonymi* deſcriptionem Ponti Euxini, collectam ex Scymno, Arriano et Marciano.

19. Expoſitionem totius mundi et gentium.

20. Varias lectiones in *Anonymum Ravennatem* (edit. Pariſ. an. 1688.) ex Codice Urbinate Vaticanae Bibliothecae, ſignato num. 678.

21. *Ptolemaei* Arabiam, ope cod. mſ. vetuſtiſſimi et praeſtantiſſimi emendatam.

22. Chorasmiae et Mawaralnahrae, hoc eſt, Regionum extra Fluvium Oxum, deſcriptionem, ex Tabulis Geographicis *Abulfedae Iſmaelis*, Principis Hamah, Arabice et Latine, cura et ſtudio *Johannis Gravii.*

23. *Abulfedae* deſcriptionem Arabiae cum tabulis longitudinis et latitudinis locorum.

24. Ejusdem deſcriptionem Maris Perſici.

---

6. *Ptolemaei* longitudines et latitudines Urbium. 7. *Gemiſti Plethonis* ἀνέκδοτα quaedam e Bibliotheca Bodlejana. 8. Deſcriptionem Arabiae, Arabice et Latine, ex *Abulfeda;* Gr. et Lat. ex *Ptolemaeo*, per *Gravium.* 9. Periplum (Arriano falſo adſcriptum) Ponti Euxini et locorum utriusque continentis, Bithyniae, Paphlagoniae etc. ex Codice Vaticano deſcriptum, ac a Cl. Fabricio ad nos transmiſſum. 10. Fragmentum de Urbium et regionum nominibus in alia atque alia mutatis, ex notis Leonis Allatii ad Georg. Acropolit. p. 244. 11. *Sotionis* libellum de Fluminibus, Fontibus etc. — Non omnia, quae Hudſonus hic promittit, poſtea edidit, partim ab aliis praeventus. Sic, antequam vol. III. apparuit, *Bernardus Monteſalconius* integram *Cosmae Indicopleuſtae Topographiam Chriſtianam* in *Collectionis novae Patrum*, Pariſ. 1706. fol., tom. II. pag. 141. e codd. Vaticano et Mediceo in medium produxerat, ex qua et Fragmentum iſtud Ephori, quod Jac. Gronovius e cod. Mediceo exſcripſerat, deſumtum eſt. — *Dionyſii Periegeſin* et *Fragmentum* de Urbium nominibus mutatis in vol. IV. habes. *Nicephorus Blemmidas* vero fortaſſe non dignus viſus eſt, qui typis exprimeretur, Dionyſii verſus tantum in proſaicam orationem diſſolvens. In noſtram editionem recipietur, ne doctis aliquid deeſſe videatur. — Cur autem Hudſonus neque *Gemiſti Plethonis* ἀνέκδοτα, neque *Sotionis* libellum nobis dare voluerit, cauſam non video.

25. Ejusdem deſcriptionem Maris Rubri. Omnia Arabice et Latine, cura *Joh. Gravii.*

26. 27. Binas Tabulas Geographicas, unam *Naſſir Eddini* Perſae, alteram *Ulug Beigi* Tatari. Arabice et Latine opera et ſtudio *Johannis Gravii.*

28. Excerpta ex *Georgii Medici Chryſococeae* Syntaxi Perſarum per *Iſmaelem Bullialdum.*

29. *Ptolemaei* tabulam longitudinis et latitudinis Urbium inſignium.

30. *Ptolemaei* Catalogum Fixarum Stellarum.

Vides, ſcripta varii argumenti, quaeque hic non expectes, in hoc volumen recepta eſſe. In culpa eſt cum editor, qui non habebat quod daret, quique Dionyſii Periegeſin ad exemplum Lucae Holſtenii ſingulare volumen explere voluit; tum bibliopola, qui juſtum voluminis modum optans, quae jam typis expreſſa parata habebat et cum hac collectione facilius vendere poſſe ſibi videbatur (Naſſir et Ulug ſeparatim jam a. 1711 expreſſi erant), inter Graecos Geographos recipi poſtulabat.

Volumen *quartum*, quod eodem anno, quo tertium, prodiit, 1712, complectitur, Dodwelli diſſertatione de Dionyſio praemiſſa:

Dionyſii Periegeſin cum commentario *Euſtathii*, antiquis verſionibus latinis metricis *Ruſi Feſti Avieni* ac *Priſciani* (quibus inſertum eſt carmen iambicum Avieni, quod *Ora maritima* inſcriptum eſt atque illo tempore rarius erat), cumque Paraphraſi Graeca et fragmentis aliorum Scholiaſtarum in Dionyſium.

Accedunt *Fragmenta Geographica* e codicibus exſcripta; unum *Conſtantini Porphyrogennetae* ex recenſione Iſ. Voſſii; denique *Fragmenta* de Urbium et regionum nominibus mutatis. — Annotationes in Dionyſium, Euſtathium et Avienum, Indicesque in hoc volumen Opus finiunt.

Singulare autem fatum Geographos Graecos premere viſum eſt: jam enim inde a medio ſaeculo praeter-

Digitized by Google

terito, quadraginta vix annis poſt opus abſolutum elapſis, in ipſa Anglia de raritate horum quatuor voluminum docti conqueſti ſunt, et ſi forte in auctione publica integrum opus occurrerit, triginta et quadraginta thaleris ſolvebatur et ſolvitur; unde in privatorum bibliothecis rariſſime reperias, ſaepius in publicis fruſtra quaeras. Cauſam raritatis libri non certo compertam habeo, utrum minor exemplarium numerus typis expreſſus ſit, an, uti quondam ab aliquo, qui iter per Angliam fecerat, audivi, ignis in theatro Sheldoniano non multo poſt a. 1712 exortus magnum et Hudſonianae collectionis exemplarium numerum conſumſerit; quamobrem duobus poſterioribus voluminibus multo ſaepius duo priora occurrere, quorum tum jam plura exemplaria divendita fuerint.

Haec operis integri raritas plures doctos excitavit, qui novam *Geographorum minorum* collectionem pararent. *Schoell* in Catalogo jam laudato, tom. I. p. 61., haec habet: „On annonce quatre éditions des petits géo„graphes, l'une par M. *Penzel*, connu par une traduction „allemande de *Strabon;* l'autre par M. *Frieſemann;* „une troiſième par M. *de Sainte-Croix*, qui a prouvé „par ſon examen des hiſtoriens d'Alexandre-le-Grand, „combien il étoit capable de bien exécuter ce travail; la „quatrième, enfin, par M. *Bredow*" etc. — De *Frieſemanni* conſilio et ratione plane nihil compertum habeo; et amicus quidam mecum per litteras communicavit, virum illum doctiſſimum, nunc Pariſiis munere publico praefecti pontium fluminibus imponendorum fungentem, totum in rebus alienis atque noviſſimis antiquorum Geographorum editionem certe non in animo amplius volvere, fortaſſe ne memoria quidem revocare.

Penzelius de conſilio ſuo privatim et ad Harleſium et ad Dominum de Sainte-Croix litteras dedit, cfr. Harleſii nov. edit. Bibl. Gr. Fabric. tom. IV. p. 667.: et publice quoque, quod Harleſium fugiſſe videtur, editio ejus

promiſſa eſt, indice ſcriptorum, quae *Penzelius* recepturus erat, adjecto, in Ephemeridibus litterariis, quae illo ipſo anno 1785, *Schützio* auctore, prodiere, quaeque inde usque ad hunc diem eodem editore continuatae prodeunt, ut antea Jenae, nunc Halae. In his No. 128. haec habes:

„Herr *Penzel* zu Dombrova in Polen arbeitet neben ſeiner neuen Ausgabe des Dio Caſſius auch an einer *Sammlung der kleinern griechiſchen Geographen*, die er nach folgendem Plan herauszugeben willens iſt: *Tom. I. Mathematicus.* 1. *Aratus* mit ſeinen beiden lateiniſchen Metaphraſten, den Scholiaſten u. ſ. w. 2. *Geminus.* 3. *Cleomedes* de Mundo. 4. *Procli* Sphaera. 5. *Autolyci* Sphaera. 6. *Agathemeri* Hypotypoſes. — *Tom. II. Univerſalis.* 1. *Dionyſius Periegeta* mit den beiden Metaphraſten und den Scholiaſten. 2. *Scymnus Chius.* 3. *Scylax Caryandenſis.* 4. *Strabonis* Chreſtomathiae. 5. *Menippi Pergameni*, 6. *Artemidori Epheſii* et 7. *Ephori Cymaei* fragmenta. — *Tom. III. Particularis.* Vol. I. *Aſia* et *Africa.* 1. *Agatharchides* de mari rubro. 2. *Arriani* Periplus maris rubri. 3. *Ejusdem* Indica. 4. *Hannonis* Periplus. 5. *Marciani Heracleotae* Periplus maris externi. 6. *Iſidori Characeni* Stathmi Parthici. 7. *Monumentum Adulitanum.* — Vol. II. *Europa.* 1. *Arriani* Periplus Ponti Euxini. 2. *Anonymi* Periplus. 3. *Dicaearchi* fragmentum de ſitu Graeciae. 4. *Plutarchus* de fluminibus. — *Tom. IV. Sacer.* 1. *Euſebius* περὶ τῶν τοπικῶν ὀνομάτων c. v. S. Hieronymi. 2. *Epiphanii* διήγησις περὶ τῆς Συρίας καὶ τῆς ἁγίας πόλεως. 3. *Phocae* ἔκφρασις τῶν ἀπ᾽ Ἀντιοχείας κάστρων Συρίας, Φοινίκης κ. τ. λ. 4. *Perdiccae* ἔκφρασις περὶ τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις κυριακῶν θεμάτων. 5. *Anonymi* ἀπόδειξις περὶ τῶν Ἱεροσολύμων. — *Tom. V. Medius.* 1. *Coſmas Indicopleuſtes.* 2. *Palladius* de Brachmanibus. 3. *Conſtantini Porphyrogenetae* themata. 4. *Idem* de adminiſtrando imperio. 5. *Codini* de-

Digitized by Google

ſcriptio urbis Conſtantinopoleos. 6. *Theodorus Gaza* de origine Turcarum. — Herr *Penzel* bittet um Beiträge zu dieſer Arbeit, um Nachweiſung mehrerer ihm etwa unbekannter Schriftſteller dieſer Art, und um Supplemente aus den *Byzantinern* und *Actis Sanctorum*, wo er viel hieher Gehöriges vermuthet, welche beide Werke er aber nicht zur Hand hat.“

Ordinem *Penzelii*, in prima collectionis parte Mathematicos et Aſtronomos ponentis, in mea editione ſequerer, niſi ſpes, Uranologion Petavii typis repetendi, me teneret. Geographia enim, quam noſtri dicunt *Mathematicam*, et Uranologia ſtudioſis antiquitatis cognitu neceſſariae ſunt, et ad Chorographiam recte conſtituendam, et ad ſcriptores cujuscunque fere generis, inprimis Geographos, Hiſtoricos, Philoſophos ac Poëtas vere intelligendos. Id quoque *Penzelius* recte vidit, e Byzantinis multa Geographica colligi poſſe et debere, quibus in collectione iſta aptiſſimus locus fuiſſet: uti e *Patribus Eccleſiae* Geographia multis in partibus ſingularis colligenda erit, quam in noſtra editione proferre ſperamus. — At haec quoque editio lucem non adſpexit, et ipſum *Penzelii* nomen evanuit, ita ut non certo compertum habeam, utrum adhuc vivat necne.

Ampliſſimam vero rationem collectionis Geographorum antiquorum concepit atque uberius expoſuit *M. le Baron de Sainte-Croix* in Journal des Savans pour l'année 1789. m. April. p. 657 ſqu.: *Mémoire ſur une nouvelle édition des petits Géographes anciens.* — Editurus erat primo *Graecos*, tum *Latinos* Geographos minores, dein deſcriptiones *Palaeſtinae*, denique *Geographiam eccleſiaſticam*, 64 libellos nobis enumerans. In his, praeter nonnulla e Photii Bibl. excerpta, nova haec erant: *Anonymi* σταδιασμὸς τῆς θαλάσσης, qui in bibliotheca regia Matritenſi exſtat, cujusque longius fragmentum *Iriarte* in catalogo Mſſ. graecorum pag. 485. exprimi juſſit. Quod in me eſt, tentabo omnia, ut in-

tegri operis *ἀπόγραφον* nanciſcar: ſin ſpes me fruſtrabitur, repetam, quae in Iriarti libro inter nos rariore prodita ſunt. — *Anonymus* de provinciis orbis, quem e cod. a Domino de Sainte-Croix citato no. 1603 exſcriptum, multo pleniorem dabimus, quam Bertius ad Ptolemaeum, et Montefalconius in bibl. Coislin. pag. 581. eum ediderunt. — *Anonymus* de diviſione orbis. — *Gemiſtius Pletho* de emendatione aliquot errorum Strabonis. Caetera, quae ſub ejus nomine in Mſſ. vidi, excerpta erant ex ipſo Strabone. — *Anonymi* compendium Geographiae; — *Anonymus* de deſcribenda terra in globo ex mente Ptolemaei; atque — *Anonymus*, ſive Fragmentum de Iſtro fluvio, a nobis quoque deſcripti ſunt, quamquam haud magni momenti. — *Anonymi* opuſculum de ſeptem orbis miraculis reperire non potuimus, neque Dominus de Sainte-Croix reminiſcebatur, ex quo libro id daturus fuiſſet, niſi fortaſſe fragmentulum paucarum linearum, quod in nonnullis codd. mſſ. de ſeptem miraculis orbis occurrit, opuſculum intelligi voluit. — Ubi denique *Pappi Alexandrini* deſcriptionis orbis epitome ex verſione Armeniaca latine reddita quaerenda ſit, neſcio. Pappum *Χωρογραφίαν οἰκουμενικὴν* ſcripſiſſe, Suidas teſtatur; omnes vero docti et hunc ejus librum et alium Geographicum, in quo fluvios Libyae enumeraverat, deperditos eſſe contendunt, et mihi ne ullum quidem eorum veſtigium in codd. mſſ. occurrit.

Sed nec haec editio exitum habuit. *Sainte-Croix*, jam ſingulorum ſcriptorum textum recenſens notisque illuſtrans, perturbatione rei publicae Pariſiis atque injuriis ac violentia, quae omnibus nobilibus imminebant, perterritus, *Aureliam* confugit, ubi in bibliothecis quaſi ſeclusſus et ab omni hominum converſatione plane remotus vitam egit, ut caeteris mente laborare videretur. Securitate publica legum ſeveritate, religionis auctoritate, victoriarum gloria ac ſpoliis reſtituta, Pariſios reverſus prae omnibus retractationem libri, qui juveni ornamen-

tum praemii publici impetraverat, cujusque repetitionem docti et bibliopolae optabant, ſibi elegit, Geographorum minorum lubens oblitus. Dein annis ac curis jam confectus, liberam aliquam varietatem in laboribus ſuis amans: Junioribus, dicebat, quibus longioris vitae ſpes majorque animi vigor ineſt, hoc opus permitto, in quo quidem, ſi quid perficere velint, non ſolum ipſi toti eſſe, verum etiam bibliothecarii doctique variarum regionum eos adjuvare debent. — Ipſe inter chartas ſuas, quidquid rei noſtrae ullo modo inſervire poſſet, nihil reliquit; mihique nunc ſoli labor, ab Hudſono cum taedio ſusceptus, a pluribus promiſſus, non modo non abſolutus, ſed ne inceptus quidem, fato transmiſſus eſſe videtur.

Ne tamen, Amiciſſime, exemplum aliorum et meae editioni ſiniſtrum quaeſo omen eſſe augureris, moram meam culpans! Partim in praefatione moras et turbas enarravi, quibus impeditus nihil adhuc perfeci; tum vero, ut ingenue profitear, quod taciturnus apud me compreſſi, ne arrogans in optando viderer: *Monachii, Viennae, Venetiis, Mediolani, Florentiae, Romae* plures ſunt codices manuſcripti, in quibus Geographica contineri conſtat; ſunt fortaſſe alii, qui nondum diligenter collati etiam Geographica amplectuntur, de quibusdam enim ſuſpicari licet. Hos a nemine niſi ab eo ipſo, qui totus in rebus Geographicis eſt, cum fructu comparari poſſe, probavit mihi diligentia *Koeſii* mei, qui ſcripta jam typis expreſſa tamquam inedita excerpſit, aliaque fortaſſe nondum cognita brevius tantum excerpſit. Hos codices conferendi ſpem animo tacitus premens, laborem promiſſum ipſum ad editionem perducere et praeparare cunctatus ſum. — Audio Te obloquentem: Unde ſumtus itineris? ubinam in hac penuria et inter noſtros homines alter *Peireſcius?* — Non eſt deſperandum: Pariſios perveni, ibique quinque per menſes commorari potui, praeter ſpem; cur hanc novam me falſuram eſſe crederem? — Non me pudet profiteri, me meis ſumtibus

hoc iter, in quo perficiendo certe ſedecim menſes conſumerentur, ſuscipere non poſſe; neque ullo modo arrogans mihi eſſe videor, *Principes* ac *Divites* publica hac ſupplicatione rogitans, ut editionem Geographorum minorum opibus ſuis ſublevare et adjuvare velint, ne operi, quod in uſum ſeculorum inprimitur, aliquid majoris momenti ad ejus integritatem deeſſe videatur.

Non deſpero de amore litterarum inter beatos noſtros neque de munificentia eorum magnanima, quae opus utiliſſimum promovens nominibus auctorum et fautorum memoriae gratiam et aeternitatem ſpondet. Omnibus enim his copiis inſtructum, Tuoque amore ac doctrina in ſtudiis meis adjutum admonitumque opus, quod noſtrae aetati honori, futuris ſeculis fructui futurum ſit, me perficere poſſe confido. Vale ac perge me amare.

IV.

JOANNI HENRICO VOSSIO,

PIE MIHI VENERANDO, AMATISSIMO AMICO.

Anno 1807 *exeunte.*

Mirum Tibi fortaſſe videbitur iter, a doctis quidem, maxime a Domino de Sainte-Croix commendatum, mihique exoptatum, medio flagrante bello a me ſusceptum eſſe. Sed opportunitas curris atque equorum, qui Pariſios remittebantur, invitavit; magnanima benignitas Domini *de Daru,* fratris poetae celeberrimi, terrae Brunovicenſis praefecti, qui ultro et chartas ad iter neceſſarias et litteras commendatorias obtulit, excitavit; fides denique atque integritas viri nobiliſſimi *de Wolfradt,* primi apud Principem mortuum conſiliarii, cujus merita meritis laudibus efferre non hujus loci eſt, me confirmarunt, ut admonitioni ejus obediens iter ſuscipere auderem. — Medio menſe Martio Pariſios adveni. Initio autem animus mihi parum erectus eſt, ut propemodum de exitu itineris deſperarem. Quatuor tantum per horas bibliotheca Imperialis quotidie aperta patebat, ejusque praefecti ſibi non licere exiſtimabant, peregrino codices manuſcriptos extra aedes bibliothecae committere. Accedebat, quod primus codex, quem contuli, minusculis litteris ſaec. XII. ſcriptus, non exiguam difficultatem legendi opponeret, ita ut, quatuor illis horis cito elapſis, ſaepe unam tantum paginam codicis exſcriptam haberem. Ratio ergo facile poterat iniri, quantum tribus illis menſibus, quos Pariſiis commoraturus eram, perſecturus eſſem. Hanc difficultatem removit *Baſtius,* qui cum ad laevam aſſidens me cum litteris quaſi luctantem videret, dux et magiſter mihi factus codicem me-

cum legit, obſervationes ac regulas, quas longior uſus in codicibus conferendis ei probaverat, mecum communicans [a]), ita ut brevi tempore facultatem quandam codicum legendorum acquirerem. — Alterum impedimentum ſuſtulit vir doctiſſimus, et Germanicarum litterarum non ignarus, *Millin*, cui, quas privatim egi, gratias quam maximas publice quoque ago, humanitatem ejus ſingularem ſempiterna memoria repetens. Qui cum audiviſſet, *extra* bibliothecae aedes peregrino codices commodari non licere: Ecce, inquit, omnia mea conclavia ſunt *intra* bibliothecae aedes; concedo tibi liberum uſum hujus conclavis atque librorum meorum, te circumdantium: ab horis matutinis usque ad veſpertinas calefactum invenies, et ſi porta forte clauſa fuerit, hoc loco clavem quaeres. — Praefecti bibliothecae laeti, quod ſine ulla laeſae legis ſpecie codices mihi committere poſſent, tradidere quicquid optaveram, egoque nunc animo erecto octo per horas quotidie, niſi quid incidiſſet, codices legi, exſcripſi, contuli, neque adeo, quum calore vehementi hujus aeſtatis oppreſſus aliquot per dies febri laborarem, codicibus carui.

Attamen tribus menſibus jamjam elapſis ac peculio erogato, vidi, quam pauca confeciſſem, quam multa reſtarent, nec niſi cum dolore quodam de neceſſitate reditus cogitavi. Subito praeter omnem ſpem, quam hoc tempore concipere ſumma ſtultitia mihi viſa fuiſſet, Dominus *de Wolfradt*, praefecto munificentiſſimo *Daru* non ſolum conſentiente, verum etiam ſuadente et adhor-

a) Quas ipſe poſtea partim in verſione latina *Epiſtolae criticae*, a. 1808, maxime autem in *Commentatione Palaeographica* ad *Gregorium Corinthium de Dialectis linguae Graecae*, a. 1811 evulgavit, mihi praecipiens, quae ab eo accepta, uſuque atque exemplis mihi probata, his ipſis in epiſtolis Tibi traditurus eram. Omitto pleraque, ne *Baſtium* tantum repetere videar. Adjungo vero epiſtolam *Baſtii*, quam de abbreviationibus nonnullis, in codicibus ſaepius occurrentibus, ad me dedit, quamque ab eo jam citatam eſſe video in Commentat. Palaeogr. pag. 777.

tante, ex aerario publico pecuniam mihi miſit, ut duo ſaltem per menſes usque in finem menſis Auguſti Pariſiis commorari poſſem: per hos autem duo menſes, majorem facultatem codices legendi nactus, plus perſolvi quam in tribus prioribus.

Quinam vero ſunt fructus peregrinationis? — Eſt Tibi jus quoddam quaeſitum in ſtudia aliorum geographica, praeſertim mea, ſic interrogandi, qui primus terram ac coelum Homericum deſcripſiſti et delineaſti, errores Ulyſſis in ordinem redegiſti, et tabulam Heſiodeam commentario ornaſti locupletiſſimo, cui ſimilem ſeculum fortaſſe non proferet; qui me juvenem ad haec ſtudia primus duxiſti, quae ipſe tentavi, argumentis ac correctionibus firmaſti, et quamvis dein longo locorum intervallo a me disjunctus, ſtudia mea ſemper amore atque attento animo perſequutus es, admonitu conſilioque ea adjuvans et animum mihi erigens. — Eſt ergo Tibi jus interrogandi: num vero reſponſum Tibi ſatisfacturum ſit, propemodum dubito. Maximus enim fructus ad me ipſum redundavit; quae in publicum prodam, τοῖς πολλοῖς certe tantis ſumtibus tantaque animi contentione haud digna eſſe videbuntur. Novos enim atque incognitos ſcriptores, quos gravioris momenti laudare poſſem, non reperi; fragmenta, quibus lacunae codicum majores ſupplerentur, non detexi; nihil, quod in vulgus ſplendeſcat, inveni. Id quod me conſolatur eſt illud: in rebus parvis non alio modo quam in magnis bene agi, nempe ſi recte et accurate agatur. Si quis ſcriptorem aliquem editurus eſt, ea editoris laus eſt, textum usque ad ſingulas litteras quam emendatiſſimum dediſſe, quaeque interpretatione indigeant, recte atque apte explicaſſe. Textum vero emendatum dare non poteſt, niſi qui, praeſertim in ſcriptis raro collatis, accuratiſſima cum diligentia codices manuſcriptos comparaverit: quem laborem, interdum, ut cum Hudſono loquar, improbum, non brevi tempore perficias, et tamen fructus inde ad aucto-

Digitized by Google

ris librum ſubtenuis interdum redundat. Talis eſt fortuna editorum; aliam vero rationem, ſi rem bene agere velint, ſequi non poſſunt.

Igitur hic meus labor praecipuus fuit, omnium Geographorum minorum codices mſſ. conferre et varietatem lectionis excerpere. — Incepi a *Dionyſio Periegeta* ejusque commentatoribus: inter quos *Euſtathium*, Archiepiſcopum doctiſſimum ſec. XII, tam multis antiquis ſcriptoribus deperditis, nunc permagni aeſtimare debemus, ut textum ejus emendatum legere operae pretium ſit. Quumque Dionyſii Periegeſis in ſcholis Graecis mediae aetatis liber ſcholaſticus eſſet, e quo Geographia docebatur, ergo a multis tractaretur (unde magna codicum copia); alii quoque commentarios et ſcholia breviora in eam ſcripſerunt, quae, ex parte incognita, in bibliothecis Pariſienſibus latere, Sainte-Croix et Haſius me jam antea per litteras certiorem fecerant. Codices mſſ. carminis ipſius triginta et tres Pariſiis congeſſi, quorum poſtquam tres a primo usque ad ultimum verſum contuliſſem, nullam lectionis varietatem deprehendens, quae non a prioribus editoribus jam notata fuiſſet, in caeteris codd., centum aut ducentis verſibus collatis, eos locos tantum comparavi, in quibus varietas lectionis occurrere ſolebat. Haec enim mox docuit, omnes Dionyſii codices ad tres familias reduci poſſe, quarum una integram auctoris ſcripturam nobis conſervaſſet, altera vero gloſſemata, ſi verſui convenirent, recepiſſet, tertia textum cum varietate lectionis dediſſet. Textum igitur Dionyſii haud mutatum accipies. — At *Euſtathii commentarius*, quem *Robertus Stephanus* e codice haud accurate ſcripto negligenter exſcripſit, quemque ſequentes editores typis tantum repeti juſſerunt, in quavis fere linea emendationem aliquam, quamvis ſaepius minuſculam, ex auctoritate meliorum codicum lucrabitur, quorum inter multos mutilos ac negligentius ſcriptos Bibliotheca Imperialis nunc tres conſervat: 1. cod.

no. 2723, fol., ex quo jam *Schneiderus* noſter in *Analectis criticis* pag. 18. ſupplementum ad textum impreſſum dedit; 2. cod. no. 2854, qui commentarium ſine ulla lacuna continet; et 3. Codicem Vaticanum no. 922. in 4to, nunc Pariſienſem, ſine lacuna et ſumma cum diligentia deſcriptum. Ex his Euſtathium emendatum, quem ſine offenſa graviori legas, me dare poſſe ſpero, variarum autem lectionum mole non adjecta, quas criticus, qui haec ſtudia amat, non ſine fructu in diverſis editionibus comparabit. Nonnullas tantum in epiſtola ſequenti proferam, quae non in codd. mſſ. occurrunt, ſed errore legendi natae ſunt. — Nova fere videbitur *Paraphraſis Graeca*, quam Hudſonus primus edidit, quaeque nunc primum legi, i. e. intelligi poterit, quamquam Lucas Holſtenius jam emendatam eam e codd. Pariſienſibus exſcripſerat, cujus *αὐτόγραφον* in bibl. familiae Barberini aſſervatur.

Dein *Nicephori Blemmidae* [b]) *brevis Geographiae* editionem principem dabimus, ut una ſaltem hujus ſcriptoris editio exſtet, qui ſaepius a litteratis citatus, fragmentis libelli ejus quaſi rarioris adjectis, majoris momenti eſſe videri poteſt. Geographia ejus eſt Dionyſii Periegeſis in capita diviſa et in proſaicam orationem ſoluta. Exſcripſimus eam e codice quondam Mazarineo, nunc ſub no. 1414. in bibl. Pariſ. Caeſarea aſſervato.

---

b) Sic in codd. *Νικηφόρου φιλοσόφου τοῦ Βλεμμίδους* (al. *Βλεμίδους*) *Γεωγραφία συνοπτική*. Nusquam reperi, uti vulgo nomen ſcribitur, Blemmyda. Vixit medio ſec. XIII. in monaſterio quodam Byzantino, pluraque ſcripſit, e quibus *Joannes Wegelinus* a. 1605. 8. Auguſtae Vindelic. *Epitomen logicam* et *Epitomen phyſicam* typis exprimendas dedit. — *Siebenkees* in *Anecdotis Graecis*, Norimberg. 1798. 8. pag. 97-105. Opuſculum *de forma et magnitudine terrae* profert, cujus auctorem ſecundum paginarum inſcriptionem *Gemiſtum Plethonem* eſſe editor arbitratus eſſe videtur. Eſt vero hoc opuſculum caput 28 Epitomes phyſicae Nicephori noſtri, et in Wegelini editione pag. 232-243. multo emendatius typis expreſſum, quam in Anecdotis.

Gloſſas breviores, quae aut ſupra lineas aut ad marginem ſcriptae ſingulas voces explicant, in plurimis codd. reperi, quas tamen omnes colligere, praeſertim quum maximum earum numerum in uſum ſcholae adſcriptum eſſe mox appareret, operae haud pretium viſum eſt. Prorſus vero eis non carebis.

Denique duo codices Dionyſii in bibl. Pariſ. ſunt, quos, ut ſtatim eorum dignitatem innuamus, inverſo numerorum ordine nominamus, cod. 2772 et 2771, quamquam ille (A) bombycinus, olim Guarini Veronenſis, non ante ſec. XIV., hic vero (B) pergamenus certe ſec. XII. ſcriptus ſit. Codex A, quamvis mutilus, deſcriptus eſt e cod. pleniore et antiquiore; in cod. B multa omiſſa ſunt, quae A habet. Uterque vero commentarium in Dionyſii Periegeſin continet, cujus auctorem, Euſtathio antiquiorem, ſec. VII. vel VIII. vixiſſe ex puritate orationis conjicio. Vir erat eruditus, etſi Euſtathio non aequiparandus, qui poetas diligentiſſime legerat, neque inepte e poetis maxime carmen Geographicum illuſtraturus, ſaepius ad fabulas mythologicas recurrit et locos poetarum ipſos transſcribit: inter quos fragmentulum Euripidis nondum cognitum reperiſſe me quidem tanta laetitia affecit, ut Tecum id communicare feſtinem.

In *Euripidis Bacchis* v. 1328. edit. Beck. legis:

Διόν. *Ὦ πάτερ, ὁρᾷς γὰρ τἄμ᾽ ὅσῳ μετεστράφη,*
Ἐκθηριωθεῖσ᾽, ὄφεος ἀλλάξει τύπον,
Ἣν Ἄρεος ἔσχες Ἁρμονίαν, θνητὸς γεγώς.

„Mirum eſt, ſcribit *Joſ. Barneſius* in notis, quam Do„ctorum ingenia torſerit hic locus“; interpretationem haud minus detortam addens: *Ἁρμονία, ἣν ἔσχες θνητὸς ὢν, ἐκθηριωθεῖσα ἀλλ. τύπ. ὄφ.* ad modum Virgilii: Urbem, quam ſtatuo, veſtra eſt. — Plures volunt corrigere *ἐκθηριωθεὶς*, ponuntque *ἀλλάξει* eſſe Atticam formam pro *ἀλλάξῃ*. — *Tyrwhittus* et *Brunkius* recte viderunt, primum verſum *ὦ πάτερ κ. τ. λ.* Agavae tribuendum eſſe, non Baccho, poſt quem reliqua ejus ſermo-

nis, et initium orationis Bacchi, ergo plures, fortaſſe quinquaginta, verſus interciderint. — Lacunam hoc loco eſſe, et ſolam formam foemineam ἐκθηριωθεῖσ' veram eſſe, diſcitur e codice A, (nam in B hic locus non eſt) qui ad verſ. 391. Periegeſis haec habet:

Ἰστέον δὲ, ὅτι Κάδμος καὶ Ἁρμονία ἡ γαμετὴ μετεμορφώθησαν εἰς θηρία, ἐπειδὴ τοῦ Ἄρεος ὄφιν ἐφόνευσεν ὁ Κάδμος, ὃς τοὺς ἑταίρους αὐτοῦ ἀνεῖλεν, Ἔριφον καὶ Δηϊλέοντα. ὡς καὶ Εὐριπίδης ἐν Βάκχαις φησὶ περὶ Κάδμου·

Δράκων γενήσῃ μεταβαλὼν, δάμαρ τε σὴ
Ἐκθηριωθεῖσ' ὄφεος ἀλλάξει τύπον,
Ἣν Ἄρεος ἔσχες Ἁρμονίαν, θνητὸς γεγώς.

Niſi forte folium hoc loco in codice evulſum erat, librarius folia vertens duo pro uno imprudenter complexus eſſe videtur, unde lacuna illa major nata. — Neuter vero codex commentarium integrum continet: in B tota praefatio abeſt, quam in A detruncatam capite reperi; B poſt verſum 430. maxima ex parte Paraphraſin noſtram, quae ergo Euſtathio antiquior eſſe videatur, habet; A commentarium pleniorem praebet, minus vero continuum, et poſt v. 500. magis ſingulas ad ſingulos locos obſervationes. In cod. B ultima folia deſunt, neque in A nova contenta eſſe videntur: plura e Plutarcho de Fluminibus exſcripta ſunt.

Duas autem Dionyſii editiones et majorem et minorem procurare mihi propoſui, ac ſpero, Te rationem meam approbaturum eſſe. Uti media aetate in ſcholis Graecorum, ſic poſt renatas litteras ac typographiam inventam multi doctores ſcholarum et patriae noſtrae, inprimis vero in Britannia, exemplum Graecorum imitantes ad Dionyſii Periegeſin Geographiam antiquam docuerunt [c]), unde in ſeculis prioribus, maxime XVII., tanta

---

c) Quid, quod etiam Geographiam recentiorem ad Graecos verſus, Dionyſianis ſaepe mutatis inſertos, doceri voluit *Ed. Wells*, Oxon. 1704. 8.; ejusque libellus pluries typis repetitus eſt in Anglia, e. g. Londini 1761.

Digitized by Google

editionum copia prodiit, ut Hudſonus (praefat. ad vol. IV. Geogr. min.) excuſatione opus eſſe exiſtimaret, quod librum iterata editione evulgaret, qui omnium fere in manibus tereretur. Qua quidem excuſatione paulo poſt non erat opus futurum, more illo probo ad antiquos ſcriptores Geographiam et Hiſtoriam antiquam docendi prorſus abolito, ita ut intra centum annos ſemel tantum, quod ſciam, Dionyſii Periegeſis, neque commentario graeco neque latino adjecto, typis repetita ſit adjecta *Pluto Ariſtophanis*, cura *Sigeberti Haverkampi*, Lugd. Batav. 1736. 8. — Aptiſſime autem *Geographia antiqua* ad Geographos antiquos doceri mihi videtur, qui nullam aliam, niſi illis temporibus delineatam figuram terrae, neque ſitum ac naturam ſingularum regionum niſi e deſcriptionibus ſuae aetatis in animo habebant; dum Geographi recentioris aetatis, figuris noſtrarum chartarum a pueris aſſueti, facillime res alienas miſcentes, recentiora inventa antiquis ſupponunt. Quamobrem quantum in me eſt ſatagens, ut ad probum illum morem redeamus, minorem Dionyſii Geographiae editionem in uſum ſcholarum procuraturus ſum, textum nempe auctoris brevibus excerptis gloſſematibus graecis illuſtratum; atque ut inprimis *Te* aliisque antiquitatis peritiſſimis auctoribus ac ſuaſoribus in Germania noſtra doctores ſcholarum lubenter ad antiquam conſuetudinem redibunt: ſic non dubito, quin etiam Graeci hodierni, editione commoda parata, Geographum antiquum Graecum in ſcholas ſuas reducturi ſint.

Haec de Dionyſio ejusque commentatoribus, in quibus enucleandis, quod primi erant, quos conferebam, doctrina atque amicitia *Baſtii* me maxime adjuverunt: cujus adjumenti exemplum Tibi epiſtola eius ad me data eſſe poteſt.

Digitized by Google

V.

LETTRE DE M. BAST À M. BREDOW,

PROFESSEUR D'HISTOIRE ET DE STATISTIQUE À L'UNIVERSITÉ DE HELMSTAEDT,

SUR

UN OBJET RELATIF À LA PALAEOGRAPHIE GRECQUE.

Je ſerai toujours à Vos ordres, Monſieur et ſavant ami, quand Vous voudrez me faire l'honneur de me conſulter ſur des paſſages des manuſcrits grecs, dont la lecture Vous embarraſſe. Je déſire ſeulement que le peu d'habitude que je puis avoir à déchiffrer l'ancienne écriture grecque, ſuffiſe pour me mettre en état de Vous donner tous les éclairciſſemens que Vous pourriez me demander. Voici quelques remarques ſur l'abréviation ἤ√, dont nous avons parlé ces jours ci. Elle n'eſt rien moins que rare, mais beaucoup de ſavans, ne connoiſſant pas ſa juſte valeur, l'ont repréſentée d'une manière fautive, lorsqu'ils l'écrivoient en toutes lettres.

Ducange eſt de ce nombre. Il la lit ἤως, et va jusqu'à prétendre qu'ἤως eſt un mot grec uſité dans le moyen age, et qu'il ſignifie la même choſe que ἤ. Voyons ce qu'il dit dans ſon *gloſſarium ad ſcriptores mediae et infimae graecitatis*, p. 484.: „*῎ΗΩΣ*, *Sive*, „*Vel*, ἤ. In Typico S. Sabae pag. 124. 125. 134. „apud Codinum de officiis cap. 3. num. 3. 10. 12. 23. „cap. 5. num. 54. cap. 17. num. 22. 53 etc." Il faut ajouter à ce paſſage ce qu'on lit dans l'*appendix ad gloſ-*

Digitized by Google

ſarium, p. 80 ſq.: „*ἭΩΣ.* Occurrit etiam non ſemel „in Demetrii Triclinii ſcholiis ad Sophoclem; ubi obiter „notandus Henricus Stephanus in praefatione ad editio- „nem ejusdem tragici [Pariſ. 1568.], ubi carpit Turne- „bium, quod in ſua editione [Pariſ. 1553.] emendanda „accuratam operam non impenderit, quod ex eo conjicit, „*quod foediſſimus quidam per totum librum* (Triclinii) „*fuerit commiſſus error, nimirum ἥως pro ἤγουν; id*„*que*, inquit, *ex non intellecta, vel potius ex non bene* „*lecta veteris codicis compendiaria nota. Atqui*, ſub- „dit, *ἥως graecum non eſt; ἠὼς autem, retracto in po*„*ſteriorem accentu, eſt Aurora, quae quid commune* „*habere potuit cum particula ἤγουν, videlicet, aut, id* „*eſt, ſignificante?* Haec deſcribenda viſa ſunt, ut vel „inde pateat viros in recentiori graecitate plerumque „caecutire.“ Ce n'eſt peut-être pas à tort que *Ducange* croyoit les plus grands Helléniſtes très-foibles dans le grec des temps poſtérieurs. Si cette obſervation étoit vraie de ſon temps, elle l'eſt encore davantage aujourd'hui; mais la critique qu'il a faite contre *Henry Etienne*, eſt, ſelon moi, ſans aucun fondement. Je penſe, au contraire, que ce ſavant a eu raiſon de ſubſtituer *ἤγουν* à *ἥως* dans les ſcolies de Sophocle, et longtems avant d'avoir lu ſa préface, j'avois fait la même correction dans quelques paſſages d'autres auteurs que j'indiquerai plus bas. *Henry Etienne* a encore raiſon de ſoutenir qu' *ἥως* n'eſt pas un mot grec, et qu'il doit ſon origine uniquement à une abréviation mal lue. Voici les preuves que je puis alléguer en faveur de cette opinion:

Car. Athan. Walckenaer, V. Cl., in titulo libelli editorem ſe eſſe profitetur. *Boiſſonade*, vir doctiſſimus atque elegantiſſimus, leviter eum perſtrinxit in *Schöllii*

---

b) In his codicibus legendis magnam mihi opem tulit amiciſſimus *Haſe*, qui eadem facilitate, qua *Baſtius* Graecos, Latinos codd. mſſ. legit. Noli vero hanc facultatem parvi aeſtimare! Diuturniore tantum exercitatione ac tenaciore aſſiduitate comparatur, quae et minus jucunda fert ac vincit. Cauſae ſunt in aperto:

Imo. Inter litteras Latinas plures, quam v. c. inter Graecas, ſibi ſimillimae ſunt, ut *i* (quod in codd. antiquis puncto non diſtinguitur), *m*, *n*, *u* (quae non lineola, illam ſupra, hanc infra claudente ſcribuntur, ſed ex more noviſſimo Gallorum haud laudando ita, ut duae lineolae perpendiculares diagonali fere conjungantur, quae in *n* aliquantulum magis ad laevam, in *u* ad dextram perpendicularem inclinat), *e*, *r*, *t* (quae caeterarum litterarum altitudinem non excurrit), quas in codd. ſaepius haud facile diſtinguas, ita ut, num *nimis, unius, minus, mimis* legendum ſit, magis e contextu quam e ſignis litterarum diſcernere debeas.

IIdo. Scriptio continua, quae in codd. lat. frequentior eſt, quam in graecis, lectionem codd. lat. difficilem reddit, quod lingua Latina ſigno accentus caret, quo Graeca gaudet; librariique Graeci, in vocalibus et diphthongis, quas pronuntiatio parum diſtinguebat, multos committentes errores, in accentibus ponendis, ſecundum quos pronuntiabant, accuratiſſimi erant, ita ut accentus in verbo aliquo deficiens indicet, hoc verbum librario ſuſpectum viſum eſſe. Igitur in Graecis, utrum λέγωμεν, an λέγω μὲν legendum ſit, etiam in ſcriptura continua ſtatim diſcernis; in Latinis autem, utrum *minum* an *in imum*, *innuunt* an *in vini tui* legendum ſit, difficilius dijudices. Quaevis variarum lectionum in latinis ſcriptoribus collectio exempla offert.

IIIo. Librarii Latini, i. e. Europae Occidentalis, plerumque Graecis multo indoctiores, praeter errores, in quos ipſa difficultas codices legendi eos inducebat, multo plures ex inſcitia rerum ac verborum commiſerunt: ut codices latinos legere ac conferre ſaepe aptiſſimo verbo *improbum* laborem compelles.

Abbreviationes taceo, quarum ſcriptura Graeca forſitan plures habet quam Latina, niſi quod haec ſaepius et litteras medias omittit.

Catalogo Auctorum antiquorum, tom. I. p. 206 ſqu.; atque hoc loco longum et errorum et vitiorum indicem Tibi repetere piget. Conferas quaeſo cenſuras in noſtris Ephemeridibus litterariis a. 1808, in iis quae Jenae prodeunt, no. 250, in iis quae Halae, no. 307. Dignus autem erat liber, qui imprimeretur, maxime propter menſurae orbis terrarum, quam *Theodoſio* jubente a. 393. Miſſi ejus inſtituerunt, notitiam, in hoc uno Dicuilis libro nobis conſervatam; deinde narrat Monachus Scotus (i. e. hoc loco Irlandicus) nonnulla de itineribus fratrum et verſus ſeptentrionem usque ad mare congelatum, et per mare tyrrenicum (i. e. mediterraneum) in Palaeſtinam atque Aegyptum, ubi *in fluminis Nili parte, quae in Rubrum mare exit, usque ad introitum ejus navigaverunt;* denique Francos in tempore Imperatoris Karoli Elephantem vidiſſe. Caetera ſunt excerpta e Plinio, Solino, Iſidoro et aliis.

Denique *Palladii* cujusdam opuſculum *de gentibus Indiae et Bragmanibus*, quod Lucas Holſtenius, Penzel et St. Croix in collectiones ſuas recipere voluerunt, non repudiabimus: tum quod ſemel tantum editum ab *Edoardo Biſſaeo*, 4to. Londini, 1665. rarius eſt (nam exemplaria, in quorum titulo numerus anni *1668* eſt, tantummodo folium tituli et numerum anni mutatum habent); tum quod e cod. Pariſ. gr. no. 1597 multo emendatius dare poſſumus, addita praeterea brevi hujus opuſculi epitome, quam in tribus codd. Pariſ. gr. no. 1037, 2221 et 3076 reperimus.

Palladii opuſculo Biſſaeus adjecit duo ſcripta *Latina de vita et moribus Bragmanorum*, unum *Ambroſii* cujusdam, alterum *Anonymi.* Illud quidem in Bibl. Pariſienſi manu ſcriptum mihi non obvenit; hoc vero exſtat in cod. Pariſ. lat. no. 2495 A., e quo correctius prodere poſſumus, et addere e codd. lat. 1720 et 4886 *Tractatum de Bragmanibus*, ab illis duobus ſcriptis diverſum, quamquam cod. 1720 nomen Ambroſii prae ſe

ſert: qui error, ni fallor, e cod. 4886 explicari poteſt, in quo haec opuſculi inſcriptio:

Finitima Perſii ad Palladium
de vita et moribus Bragmanorum.

Librarius enim, qui codicem no. 4886 ſcripſit, ſequutus codicem, in quo hoc opuſculum Anonymi *Ambroſii* deſcriptio Bragmanorum antecedebat, ultima verba, quae librarius huic ex more adjecerat: *Finit Ambroſii ad Pallad.*, corrupta in titulum illius mutavit; et librarius, qui cod. 1720 ſcripſit, hanc corruptelam quidem animadvertens, recte nomen *Ambroſii* correxit, verbo *finiendi* vero in ipſo initio neutiquam admonitus verba tanquam inſcriptionem incipientis opuſculi de loco ſuo non movit. Ceterum ſpecimina aliquot ſcripturae horum libellorum e Collectaneis meis ſecum communicatis excerpta poſuit *Schneider* in annotationibus ad Ariſtotelis hiſtor. anim. T. III. p. 475 — 478.

Haec ſunt, quae Tibi nunc offerre poſſum; doctis autem annuentibus alia etiam e bibliothecis acceſſura eſſe ſpero. Quae *Tu* operi promovendo procurare potes, ultro, ſcio, procurabis, et labori ſuſcepto favens, et auctorem ſtudio atque amore adjuvans. Vale.

Digitized by Google

IX.

G. H. C. KOËS G. G. BREDOWIO

S. D.

Quum undique ſtrepitent nunc temporis de apparatibus belli expeditionibusque rumores, quid mirum me quoque eo vergere, ut in epiſtola tibi mittenda res bellicas tractem? Mirationem fortaſſis faciet armata haecce epiſtola reſpicienti tibi alteram illam, quam nuper ſcripſi, valde pacificam, et multo adhuc magis quum compereris, me bellica, nunc tecum communicanda, collegiſſe et meditatum eſſe tum maxime, quum Pariſiis ſimul degentes conjunctione amiciſſima uſi ſumus et taciturnos inter parietes bibliothecae Imperatoris ſtudiis graecarum litterarum nos totos dedimus. Attamen ſic ſe res habet. Sed ut ſerio loquar certioremque te faciam, quae ſint demum res bellicae, de quibus ſum tractaturus, velim ſcias, de Aeneae Tactici, ut vocant, commentario obſidionali agi, qui inſcribitur vulgo, *Περὶ τοῦ, πῶς χρὴ πολιορκούμενον* (ſive *πολιορκουμένους*) *ἀντέχειν*. Noſti, tractatum hucusque ab uno Caſaubono publici juris factum eſſe in editione Polybii Pariſ. 1609, quae deinde Amſtelod. 1670 fuit repetita: ſed proh dolor! mendis vitiisque peſſime multatum. Ideo hunc libellum occaſione data perlegens multum ſudavi et ſaepius fruſtra, ut e verbis corruptiſſimis ſententiam auctoris elicerem. Quum vero in bibliotheca illa celeberrima plures exſtarent codices Mſſti Aeneae commentarium continentes, adii eos diligenterque cum textu impreſſo contuli, et quamvis bene intelligerem, ex iis textum genuinum refici haud poſſe, opem

tamen afferri videbam multis locis, qui hucusque corrupti legebantur. Quorum nunc quidem breviter, uti epiſtolae convenit, tibi reddam rationem.

Tres vero ſunt codices Bibl. Pariſ. Imperial., qui Aeneae commentarium obſidionalem nobis exhibent, numeris 2435, 2522 et 2443 [a]) notati, quorum ultimus ab Angelo Vergetio deſcriptus ſaec. XVI. is eſt, ex quo textum imprimi curavit Caſaubonus. Redundat quidem codex iſte Caſauboni, quem C appellamus, locis peſſime depravatis, uti e textu impreſſo manifeſtum eſt; continet tamen multa, quae editorem in Msto conſulendo admodum perſunctorie agentem prorſus effugerunt, et talia vero, quae ſine cunctatione in textum recipias. Luculentiſſimum hujus rei tibi exemplum dabo e cap. XXIII. initio deſumtum, ubi de cautionibus differit Aeneas, quae in eruptionibus in hoſtes parandis adhiberi debeant. Legitur vero locus iſte, ut ſequitur: *ἔπειτα* (aliis ſcilicet cautionibus jam propoſitis) *φῶς ὑπαίθριον μηδὲν εἶναι· ἵνα μήθ᾽ ὑπὲρ τῆς πόλεως ἀνὴρ πυρωδέστερος ὢν τοῦ ἄλλου ἐκφάνῃ τὸ μέλλον.* Vertit Caſaubonus: „deinde (cavendum eſt) ut nullum ſub divo lumen exiſtat, *ne forte ferventioris ingenii aliquis vel ſtudio erga civitatem, quod paratur, manifeſtum faciat.*“ At vero, ut prorſus taceam, torquenda admodum fuiſſe verba, quo talia ſignificarent, neque inquiram, an *πυρωδέστερος ἀνὴρ* virum ferventioris ingenii indicare queat, nec quaeram denique, unde duxerit editor vocem *vel* etc., hoc unum tibi propono: num ineptius aliquid cogitari poteſt, quam Aeneam dicere voluiſſe, lumen eſſe tegendum, ne vir ferventioris ingenii vel ſtudio erga civitatem impulſus, quod paratur, manifeſtum faciat? Tum ſubintelligendum foret, *ne conſpiciatur id faciens* etc.,

---

a) Ne in hisce numeris citandis errores forte committam, minuſculos quidem, evitandos tamen, compendio utar, codicem nempe 2435. littera A, cod. 2522. litt. B, et cod. 2443. litt. C indicans.

Digitized by Google

quod durius et nimis quaeſitum. Quam ipſam loci difficultatem bene vidit ipſe Caſaubonus in notis confeſſus, ſe haud capere, quid auctor iſtis verbis ſibi velit. At vero iſta non ſunt propria auctoris verba. Etenim in codd. A. B. C. haud reperitur vox *ἀνὴρ*, quae una difficultatis eſt cauſa, verum genuina ineſt lectio *ἀὴρ*, loco vexato lucem clariſſimam afferens. Tum nempe ſenſus luculentiſſimus hic exit: lumen tegendum eſſe, ne aër ſuper urbe ſplendore illius lucidior factus reliquo aëre, quod paratur, manifeſtum faciat; i. e. ne hoſtes ex ſplendore aëris oppidanos quaedam moliri cognoſcant. — Cap. VIII. inſunt lacunae quaedam, quas J. Gronovius in libello inſcripto: Supplementa lacunarum in Aenea Tactico, Dione Caſſio et Arriano de expeditione Alexandri, Lugd. Bat. 1675. 12., e codice optimo Mediceo ſupplevit. Quarum tamen alteram, eam nempe, quae incipit poſt verba *ἄποτα δεῖ ποιεῖν*, ne imputes negligentiae ejus, qui codicem C. deſcripſit, verum potius Caſauboni incuriae, unde originem duxit. Continet enim cod. ille, plane cum Mediceo conſentiens, poſt *ἄ. δ. ποιεῖν* adhuc verba: *τά τε ἱππάσιμα τῆς χώρας ὡς δεῖ ἄνιππα ποιεῖν.* — Tertium hujus generis exemplum deprehendiſſe credebam capite IV. legens: *ἔλαθεν νυκτὸς τὸν μοχλὸν διαπρίσας* etc. (Ed. Amſtelod.), quod verbis *ſerra ſecare* expreſſit Caſaubonus. Sermo vero eſt de milite quodam, qui igne uſus ſit ad portas obice clauſas aperiendas. Igne autem non ſecatur, verum uritur; ideo e codd. Pariſ. *διαπρήσας* legendum, quae tamen lectio jam in editione Pariſ. b) occurrit; unde mirum ſane, editorem vertiſſe, tamquam ſi legerit *διαπρίσας*. — Sunt certe haec majoris momenti aeſtimanda. Ea vero vitia Caſaubonianae editionis, quae nunc

---

b) Similiter cap. XXXII. habet ed. Pariſ. *ἐρύματα τῶν εἰσαφιεμένων βελῶν, ἅπερ σχήσει τε τὰ* etc., ubi vox *βελῶν* in ed. Amſtelod. excidit e contextu.

nunc Tibi proponam, ad ſententiam auctoris pervertendam haud tantum valent, multum tamen iis detectis conferri videbis ad ipſa auctoris verba reficienda ejusque rationem dicendi genuinam conſtituendam. Emendationes vero hic tibi exhibendae ejusmodi ſunt, quae et rerum vocabulorumque nexu commendentur, et trium codicum pariſienſium teſtimoniis aeque gaudeant; unde fiet, ut lectiones vulgatas nunc ejiciendas ſine ulla codicum auctoritate in textum irrepſiſſe clarum ſit. — Sunt vero, quae ſequuntur:

Prooemio lege *κατὰ γῆν ἢ κατὰ θάλασσαν*, quae ſcilicet praepoſitionis repetitio auctoris rationi ſcribendi magis congrua; vid. e. c. cap. 4. ubi legitur: *τὰ ἀποστελλόμενα ἐκ τῆς πόλεως κατὰ γῆν ἢ κατὰ θάλατταν.* — Cap. II. ſcribe *ἐπὶ τοῖς κεραμοῖς*, et mox *πράσσειν καὶ ἀμύνεσθαι ἐν σκότει·* ſine cauſa Caſaubonus tempus praeſens in aoriſtum *ἀμύνασθαι* mutavit. — Cap. III. lege *εἴς τε τὴν ἀγορὰν καὶ τὰς περ.*, et mox *τῶν συμμάχων ἑκάστοις ἀποδιδόσθω φυλάττειν.* — Cap. VIII. poſt verba *τά τε καταλιμπανόμενα* inſerendum eſt *ἐν τῇ χώρᾳ* incuria Caſauboni omiſſum. — Cap. IX. extr. dicit auctor: *τοῖς δὲ πολεμίοις φόβον ἐμπαρασκευάσεις ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἠρεμῶν*, vix intelligenda, ideoque Caſaubonus *ὥστε ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἠρεμεῖν* ſcribendum eſſe cenſuit. Totus ei adſentior; tamen mihi notandum eſt, vocem *ἠρεμῶν*, quae adeo editorem cruciaverit, in Mſſtis haud reperiri, verum ipſum Caſauboni codicem exhibere *ἡρεμεῖν*, ceterosque duos *ἠρεμεῖν.* — Cap. X. legendum *πέμψας ἐκέλευσεν αὐτὸν περιμένειν.* — Cap. XII. reſtituas quaeſo *ἐὰν μὴ καὶ Κυζικηνοῖς*, et mox *ὑπὸ τοῦ εἰσάγοντος τοὺς ξένους.* — Cap. XIII. lege *χρόνῳ τινὶ γενέσθω, ὑπολογιζομένοις.* — Cap. XVI. *οὐ χρὴ τὴν δίωξιν αὐτῶν ποιεῖσθαι* ſcribas oportet. — Cap. XVII. recipe *ἕτεροι δὲ τῶν συνεπιβουλευόντων.* — Cap. XVIII. pluribus offendimur vitiis e manuſcriptorum ſide facile tollendis. Muta ſcilicet vocem *βάλανον* in

βαλανάγραν, Caſaubono quoque recte *clavem* vertente, ita ut locum ſcribas: *πρὸς ὃν τὴν βαλανάγραν ἐποιήσαντο.* Paulo poſt emendes quaeſo, *Συμβάλλεται γενέσθαι Τημένῳ Ῥοδίων.* — Tum *τῷ πυλωρῷ* poſt *τὸ*, *κατὰ τὸ ἔθος* inſerendum, et mox *ὥστε ἐνέχεσθαι λίνον* ſcribendum loco depravati *λίαν*, quod recte tamen interpretatus eſt Caſaubonus vertens: quo melius *filum* haereret. — Cap. XX. lege *Ἀπολλωνιάται δὲ οἱ ἐν τῷ Πόντῳ* etc., et mox *ὅταν κλείωνται αἱ πύλαι.* — Cap. XXIV. *καὶ εἰς λόγους κρυφαίους ἀφικόμενος* ſcribendum, et paulo poſt *ὥσπερ εἰώθει εἰσελθών.* — Cap. XXV. reſtitue *καὶ ἄλλῳ προσυγκείμενον*, tum eod. cap. extr. *τό τε σύνθημα ἀποκρίνασθαι*, quod auctoritate codd. A et B fruitur, vel, ſi mavis, *ἀποκρίνεσθαι* e cod. C. — Cap. XXVII. vox *λέγειν* excidit poſt *παιᾶνα ἤ*, qua reſtituta locum ſic habebis: *ἢ λέγειν ὅτι εἴη πάνειον*, quod abeſſe nequit. — Cap. XXVIII. *ἀνοίγεσθαι πρωῒ τὰς πύλας* ſcribendum. — Cap. XXX. legas quaeſo, *εὔηθες γάρ, τῶν μὲν ἀφικνουμένων ἀνδρῶν* etc., imprimis quum optime conſtet vox *μὲν* ſequentibus, *ἐν δὲ τῇ ἀγορᾷ.* — Cap. XXXI. ſcribe *γραφῇ καὶ ἐν τοῖς τῶν γυναικῶν ᾠοῖν.* Eodem cap. corrigas quaeſo *περιτεμεῖς* in genuinum *περιτεμεῖν*, ut legas, *ἐμπλήσαντα, περιτεμεῖν τῆς κύστιδος* etc. — Tum, *λέγεται δὲ καὶ εἰς πυξίον* etc. Deinde, *τοξεύων γὰρ ὁ Ἀρτάβαζος.* Denique, *τὰ δὲ στίγματα ἐσήμαινεν, ἃ δεῖ ποιεῖν.* — Cap. XXXVII. lege *καὶ οἱ ὑπορύσσοντες ὀφθῶσι*, quod vere in codd. noſtris ineſt, nec opus habuit Caſaubonus nota excuſatoria, quod *oculis ſubjiciantur* verterit. — Cap. XXXVIII. ſcribe *εἴη γὰρ ἄν τι τοιοῦτο* (deſiderat tamen Cod. A. *τὸ, τι*) *καὶ τοῖς ἄλλοις παράδειγμα.* — Cap. XXXIX. corrige *ὥστε συνεισδραμεῖν εἰς τὴν πόλιν*, et mox, *βρόχους ἡμέρας μὲν κρυφαίως κατεσκεύασαν.* —

Reſtat, ut diſſeramus de ceteris duobus codd. Mſſtis, quos A et B dicimus, ſaec. XV. deſcriptis. Sunt, uti

mox videbis, codice Caſauboni multo meliores. Etenim ut primum *lacunas* attingam, quibus peſſime ſcatet cod. C, eſt quidem confitendum, in illis quoque ſupereſſe aliquot, minus tamen frequentes quam in Msto Caſauboneo. Codex nempe A, optimus eorum, continet fere omnia ea, quae attulit I. Gronovius in libello citato ad lacunas quasdam in Aeneae Tactici tractatu obvias ſupplendas, et in perpaucis tantummodo differt a Mſ. Mediceo, exhibens nempe cap. VIII. *ἄνιπτα*, cap. XXVII. *προσέξωσιν* et cap. XXXIX. *καὶ αὔτη τε.* — cap. XXIX. poſt *ἐξοίσω δὲ* addit adhuc *καὶ*, haud male. — Quibus ſimilia affert cod. B; eorum tamen, quae e Mediceo deſumta a I. Gronovio in textum inſeruntur, haecce omittens: nempe cap. VIII. *δυσεπίβολον . . . . . . δυσπροσπόριστον.* Cap. XXIX. *ἔσωθεν . . . . . . ἐξοίσω δέ.* et cap. XXXIII. *κροῦσαι . . . . . . τοῦ ξύλου.* In capitibus XXVII et XXXIX cum cod. A. conſentiens exhibet *προσέξωσιν* et *αὔτη.* — Quod attinet ad ceteras Aeneae commentarii lacunas, codices A. et B. rariſſime quidem tollunt haecce obſtacula, nonnulla tamen loca iis impedita reſtituunt, uti in ſequentibus tibi monſtrabo. — Cap. XXII. differit auctor de vigilum circumitione haecce afferens: *ἐλαχίστους τῶν* (quod e cod. B. recipiendum) *ἀνθρώπων ὀχλεῖν, καὶ ἐ \ περιοδείας χρὴ τῶν στρατηγῶν* (codd. B. et C. in marg. exhibent emendationem *στρατιωτῶν*) *σκυταλίδα ἔχουσαν σημεῖον παρὰ τοῦ στρατηγοῦ, παραδίδοσθαι τῷ πρώτῳ φύλακι.* E cod. A. genuina, ut mihi videtur, recipienda eſt lectio: *καὶ ἐάν τε περιοδείας χρὴ κ. τ. λ.*, cui favet teſtimonium codicis B. *ἐάντες* exhibentis. Quibus praemiſſis ſic legimus locum vexatum: *ἐλαχίστους τῶν ἀνθρώπων ὀχλεῖν, καὶ ἐάν τε περιοδείας χρὴ τῶν στρατιωτῶν, σκυταλίδα* etc., ac vertimus: „atque ſi militum circumitione ad vigilias obeundas opus eſt, tum (tempore ſcilicet pacifico minimeque periculoſo, quod paullo antea dictum) ſcytalam quandam, a Praetore notatam, primo vigili, ad quem venerit, tradat circitor.“ —

Paullo poſt, ubi agitur de vigilibus negligenter ſe gerentibus, haec exhibet auctor: "Ος δ' ἂν φυλακῆς αὐτῷ οὔσης μὴ παρῇ εἰς τὸ τεταγμένον, ὁ λοχαγὸς αὐτοῦ παραχρῆμα τὴν φυλακὴν ἀποδόσθω ... δ' ἂν εὑρίσκῃ καὶ παραστησάτω ὅστις ὑπὲρ αὐτοῦ (ſic e cod. A. leg. vid. infra) φυλάξει. Afferunt codd. A. et B. vocem ποσὸν inter ἀποδοσθω et δ' ἂν inſertam, nec adeſt in iis ullum lacunae veſtigium. Accipi tum debet ποσὸν ſignificatione relativa, ac ſi ſcripſerit auctor ὅσον ſive ὅντινα, quod ab uſu loquendi conſueto paulum quidem recedit, haud tamen prorſus alienum cenſendum eſt. Senſus ita foret idem fere, quem jam expreſſit Caſaubonus vertens: „lochagus hujus cuſtodiam confeſtim vendito ei, quem primum invenerit idoneum.“ c) — Cap. XXVII. proponuntur quaedam de terroribus panicis, ut ſequuntur: τοῦτο οὖν τινὲς κελεύουσι καταπαύειν, θέλοντες αὐτὰ προσυγκεῖσθαι τοῖς ἐν τῇ πόλει, σημεῖα διδόντες γνώσονται δὲ ὅτι ἔστι πάνειον· de quibus Caſaubonus: „Corrupta lectio et diſtinctio ſententiam perdiderunt, quam ex iſtis nemo eliciat bonam. Fortaſſe codex eſt defectus, quod vox διδόντες arguit, ſi modo auctoris illa eſt, quod non puto. Lego totum locum ſic: ἔστι δὲ τὸ ὄνομα Πελοποννήσιον, καὶ μάλιστα Ἀρκαδικὸν τοῦτο· τινὲς οὖν κελεύουσι, καταπαύειν θέλοντες αὐτὰ, προσυγκεῖσθαι τοῖς ἐν τῇ πόλει σημεῖα, δι' ὧν γνώσονται ὅτι ἐστὶ πάνειον.“ Quibus quidem ita mutatis certe intelligi poteſt locus vexatus; omnis tamen dubito, quin vera ſint atque auctori propria; potius genuinam lectionem in cod. A. deprehendi exiſtimo, qui exhibet: τοῦτ' οὖν τινὲς .... σημεῖα δ' ἰδόντες γνώσονται· γνώσονται δὲ ὅτι ἐστὶ Πάνειον. Ita autem diſtinguo: τοῦτ' οὖν τινὲς κελεύουσι, καταπαύειν θέλοντες αὐτὰ, (ſc. τὰ Πάνεια) προσυγκεῖσθαι τοῖς ἐν τῇ πόλει· σημεῖα δ' ἰδόντες γνώσονται· γνώσονται δὲ ὅτι ἐστὶ

---

c) Rectius ſcribes ὅσου ἂν εὑρίσκῃ, *quo potuerit pretio vendat.* Editor.

Digitized by Google

Πάνειον· et verto: hoc igitur (quod confeſtim verbis *ἔστω δὲ κ. τ. λ.* proponitur) nonnulli, qui eos (terrores panicos) ſupprimere volunt, cum oppidanis ex compacto conſtitutum eſſe jubent; et ſigna videntes rem intelligent oppidani, i. e. ut ſigna videntes rem intelligant oppidani; intelligent vero eſſe terrorem panicum. — Cap. XXIX. legimus: *εἰς δὲ ὁμοίας πράξεις τῶν εἰρημένων δεόμενοί τινες ἀσπίδων, ἐπεὶ οὐδενὶ ἄλλῳ τρόπῳ ἠδύναντο ἑτοιμάσασθαι, οὐδὲ εἰσαγαγέσθαι ὅπλα, καὶ ἐργάτας ἅμα οὕτως εἰσηγάγοντο.* Caſaubonus vocem *οἰσύας* deeſſe contendit, quum ex ſequentibus liquido conſtet, galeas et clypeos e vimine iſtos texuiſſe; cui ejus conjecturae quodammodo favent codd. A. et B., qui exhibent *οισοιῶν*. (ſic; ſignum vero ſuper *ω* poſitum hic, uti poſtea ubique, corruptelam indicat.) [d])

---

d) In ceteris libelli lacunis, imprimis capitis XXXI. foediſſime depravati, nusquam afferunt codd. A. et B. genuina auctoris verba. Quum tamen ea, quae exhibent, forte contineant verae lectionis veſtigia, ex quibus criticus me ſagacior textum reſtituat, haud praetermittenda eſſe duxi, itaque hic tecum communicabo. — Cap. XVI. cod. A. *ὅσον εἰ τοῖς μὲν νυκτὸς ἤχη τοῖς δὲ* etc. ubi cod. B. *νυκτὸς ἤχη τοῖς δὲ.* — Cap. XXXI. locum, *ὡς δεῖ ὑπηρέτῃ· ἄλλοις δὲ ἱππέα* etc., ſic exhibent codd. A. et B.: *ὡς δεῖ ὑπηρέτης· ἐν δὲ ἱππεὺς ἀδελφὸς ἀδελφὸν, ἄλλος δὲ ἱππέα* etc. — Eod. cap. codd. A. et B.: *τοῦ ἀστραγάλου δ' ἀφ' ἧς.* — tum, *ὅταν τινὰ θέλῃς ἐν αὐτοῖς τίθεσθαι λόγον* (hactenus haud male) *λινῷ διαιρεῖν ἐὰν ἐλήδινη ἀλιδηλοῦν ἐν τῇ διαιρέσει τοῦ λίνου ἀρξ.* — Mox, *συμβαίνει τον εἶναι καὶ πάλιν.* — paullo poſt, *ὥσπερ ἀρτίαι μέθα ὄνομα.* — Tum cod. A. *λανθάνουσιν ανέσεα πολλὰ*, ubi cod. B. habet, *λανθ. ανέτσα π.* — Cap. XXXIV. habent: *Ἐὰν δέ τινες πολέμιοι παὶ ται ἐμπιμπράμεναι.* — Cap. XXXVI. cod. A.: *ἐὰν δὲ ἄρτι αυητωτε σχει κλίμαξ*, et B.: *αυητω τεσχει.* — Cap. XXXVII. codd. A. et B.: *χάλκωμα ἐπιφέρων ὄντος τοῦ τείχους.* — Denique cap. XL. lacunam poſt *τὸ ἀλλὰ* obviam ſic ſupplent codd. A. et B.: *ἀλλὰ πάσιν ἀπάσι μὴ ἔχοντες* exhibentes. —

Quibus ſupplementi inſtar adjiciendum, quod cod. A. textui vulgato addit cap. XII. haecce afferens: *οἷον Χαλκηδονίοις πολιορκουμένοις παρόντες σύμμαχοι, ἔπεμψαν φρουρὰν αὐτοῖς οἱ τῶν Χαλκηδονίων σύμμαχοι, βουλευομένων αὐτοῖς συμφέροντα* etc. — Quae quidem verba, *ἔπεμψαν . . . σύμμαχοι* parentheſi incluſerim. Dubitari tamen poteſt, an potius ſint gloſſa aeſtimanda, quae primum margini adſcripta, deinde, uti ſaepius evenit, in textum irrepſerit.

Tantum de lacunis in Aenea obviis. Videamus nunc de locis quibusdam gravius leviusve corruptis, quibus Codicum A. et B. ope medela queat afferri. — In titulo jam ineſt diverſitas haud praetermittenda, codice A. exhibente, *περὶ τοῦ, πῶς χρὴ πολιορκουμένους ἀντέχειν*, cui ſavere videtur cod. B. *πολιορκουμένου* afferens. — Incipit prooemium in codd. A. et B. ſic: *Ὅσοις τῶν ἀνθρώπων ἐκ τῶν αὐτῶν ὁρμωμένοις χώρας, ὑπερόριοί τε ἀγῶνες καὶ κίνδυνοι συμβαίνουσι, ἄν τι σφάλμα γένηται κατὰ γῆν ἢ κατὰ θάλασσαν, ὑπολείπεται τοῖς περιγινομένοις αὐτῶν οἰκεία τε χώρα καὶ πόλις, καὶ πατρίς·* quae quidem ultima verba haud male adjecta mihi videntur. Etenim indicat *οἰκεία χώρα* agrum ſive poſſeſſiones in agro ſitas, veluti praedia, *πόλις* vero ipſam urbem, quam incolunt cives, quibus optime adjungitur vox in univerſum ſignificans *patriam*. — Cap. II. init. poſt verba *ἄχρηστον δὲ* vocem *εἶναι* delendam eſſe cenſeo, quum loco importuno videatur intruſa, nec ulla nitatur codicum auctoritate. Abeſt enim a codd. A. et B., et cod. C. exhibet *εἰς*, quod mutavit Caſaubonus in *εἶναι*. Friget vero et prorſus redundat. — Eodem cap. extr. diſſerit auctor de areis vacuis in urbe obſeſſa, inquirens, an melius ſit, plures earum ineſſe vel tantummodo unam, cujus quidem rei affert exempla utrumque probantia; in iis vero quae ad plures earum commendandas pertinent, leguntur haec: *εἰ δὲ πάντας* (ex ſuperioribus intellige *τόπους καταλαμβάνοιεν οἱ ἐπιβουλεύοντες*) *χωρισθέντες ἂν καὶ μερισθέντες ἀσθενεστέρως διακέοιντο πρὸς τοὺς ὑπεναντίους ἀθρόους ὄντας, εἰ μὴ ἐν ἑκάστῳ μέρει ὑπάρχοιεν τῶν ἐν τῇ πόλει*, quae Caſaubonus vertit: „ſin omnia loca conſpirati occuparint, ſeparati hoc pacto et diviſi infirmiores erunt ad reſiſtendum adverſariis, in unum conglobatis; *utpote qui per ſingulas urbis partes diviſi haud erunt.*“ Quae tamen in contextu vix inſunt. Etenim aut jungendum eſt *τὸ, τῶν ἐν τῇ πόλει* cum *ἐν ἑκάστῳ μέρει*, ut ſenſus ſit, in omni parte earum, quae ſunt in

urbe; quod auctoris rationi ſcribendi plane repugnat, ubique verbis *οἱ ἐν τῇ πόλει* oppidanos indicantis. Vid. e. c. paullo antea, *ὡς μιᾶς μὲν οὔσης εὐρυχωρίας, κίνδυνον εἶναι τοῖς ἐν τῇ πόλει.* cf. cap. XI. *τῶν ἐν τῇ πόλει τινὲς ἦσαν ἕτοιμοι.* Cap. XXVII. init. *τοῦτ᾿ οὖν τινὲς κελεύουσι, καταπαύειν θέλοντες αὐτά, προσήκεῖσθαι τοῖς ἐν τῇ πόλει.* Cap. XXVIII. *Πύθων μὲν ὁ Κλαζομένιος καὶ τῶν ἐν τῇ πόλει τινῶν* etc. — aut explicandum eſt *τὸ, τῶν ἐν τῇ πόλει*, ac ſi ſcripſerit auctor *οἱ ἐν τῇ πόλει*, quod durius. Quas ob cauſas ad codd. A. et B. recurrentes veram ex iis lectionem depromamus *ὑπερέχοιεν* loco *τοῦ, ὑπάρχοιεν* in textum recipientes. Tum verte: ſin omnia loca conſpirati occuparint, ſeparati hoc pacto et diviſi infirmiores erunt ad reſiſtendum adverſariis in unum conglobatis, quod oppidanos in ſingulis hisce areis *numero haud ſuperent*, i. e. quum in ſingulis hisce areis *numero ſint* oppidanis *inferiores.* — Cap. IV. initio legimus: *ἔλαθεν νυκτὸς τὸν μοχλὸν διαπρήσας* (vid. ſupra) *καὶ δεξάμενος ταῦτα τοῖς στρατιώταις.* Addit Caſaubonus in notis: „legendum omnino cenſeo, *καὶ δεξάμενος ταύτῃ τοὺς στρατιώτας*· i. e. per apertas portas milites admiſit.“ Quibus totus aſſentior, imprimis, quum codd. A. et B. opinioni doctiſſimi viri faveant exhibentes: *καὶ δεξάμενος ταῦτα ᾗ* (ſic cod. A. — cod. B. habet *ῇ*) *στρατιώτας.* — Paullo poſt ſcribas quaeſo *ἐπιθέσθαι νυκτὸς ταῖς τῶν Ἀθηναίων γυναιξὶ*, conſentientibus codd. A. et B. — Eodem cap. legimus: *ὁ δὲ Πεισίστρατος ἀκούσας προσενέδρευσεν*, quod improbat Caſaubonus *προενήδρευσεν* praeferens. Negari nequit, id ſenſui optime convenire, et aegre ferri augmentum temporale omiſſum, cui tamen opem affert cod. A. *προσενήδρευσεν* exhibens. — Cap. V. init. offendimur ſequentibus: *Ἔπειτα πυλωροὺς καθιστάναι μὴ τοὺς τυχόντας, ἀλλὰ φρονίμους καὶ ἀγχίνους, καὶ μὴ ὑπονοεῖν δυναμένους ἀεί τι τῶν εἰσκομιζομένων.* Quae ſibi prorſus repugnant. Etenim *πυλωροὶ μὴ δυνάμενοι ὑπονοεῖν ἀεί τι τ. ἑ.* certe nec pruden-

tes nec ſollertes appellandi ſunt, ideoque particulam *μὴ* ejiciendam eſſe contendit Caſaubonus, quod tamen neceſſario haud requiritur, quum Codd. A. et B. alteram adhuc negationem poſt *ὑπονοεῖν* inſertam exhibeant, qua omne tollitur obſtaculum. Tum ſcilicet ſcribendum, *ἀγχίνους, καὶ μὴ ὑπονοεῖν μὴ δυναμένους ἀεί κ. τ. λ.*, quo in textum recepto verte: ſecundum haec cuſtodes portarum conſtituere oportet, non temere quosvis, ſed viros prudentes ac ſollertes, quique omnia in urbem inferenda ſedulo animadvertere (ſeu ſuſpecta habere) *haud ignorent*, i. e. optime calleant. — Cap. VI. haud male legitur in cod. A. *πέμπειν δ' ἐκ τῆς πόλεως τοὺς ἡμεροσκόπους ὄρθρον ἢ ἔτι νυκτὸς*, quod in textum receperim favente etiam cod. B., qui *ἔστι* exhibet lineola ſubjecta. — Cap. X. non dubito, quin e codd. A. et B., omiſſo *τρόπον* poſt *τοιόνδε*, ſcribendum ſit: *τεχνάζει δὲ τοιόνδε· πέμπει αὐτὸν μετὰ ξένων* etc. Amat enim auctor hanc rationem dicendi, vid. e. c. cap. II. *τεχνάζουσι οὖν εὐθέως τοιόνδε·* cap. XI. *ἐτεχνάσθη τοιόνδε·* cap. XXIII. *τοιόνδε ἐτεχνάσαντο.* — Cap. XI. admodum apte additur in cod. A. vox *τῇ*, inter verba *ἐν Ἡρακλείᾳ* et *ἐν τῷ Πόντῳ* inſerenda. — Cap. XIV. habent codd. A. et B. *ἐν δὲ τοῖς λίαν ἐπικινδύνοις, καὶ τῶν ὀφειλημάτων τι μέρος, καὶ πάντα.* — Cap. XV. in verbis: *ἔπειτα καὶ κατ' ἄλλο πάθος* (quod Caſaubonus mutat in *πλῆθος*) *οὕτως ἐκπέμπειν καὶ ἐντύχει μέχρις οὗ ἱκανοὶ δοκοῦσιν ἐκβεβοηθηκέναι:* quaedam certe emendari poſſe perſuaſum mihi habeo, ſi codicem A. ſequentes *ἐν τάχει* in textum recipiamus loco depravati *ἐντύχει*; tum cum Caſaubono nonnullis mutatis vertendum ſic: deinde aliam item manum cogere oportet atque emittere, et *quidem celeriter*, donec videbuntur eſſe ideonei, qui auxiliatum exierint. — Cap. XVI. locum ſequentem ſic tibi propono: *ἐὰν δέ σε λάθῃ ἢ φθάσῃ τὰ ἐκ τῆς χώρας λεηλατηθέντα, οὐ χρὴ τὴν δίωξιν αὐτῶν ποιεῖσθαι τὰς αὐτὰς ὁδοὺς καὶ τοὺς αὐτοὺς χώρους.* De voce *αὐτῶν* inſerenda iam ſupra di-

Digitized by Google

ctum; vocabulum *τὰς* ante *αὐτὰς*, quod cum ſequente *τοὺς αὐτοὺς χ.* optime conſentit, e cod. A. recepi, neque deſiderari poteſt. *λεηλατηθέντα* ducibus codd. A. et B. in textum intuli; etenim quid Caſaubonianum *λεηλαθέντα* ſibi velit, haud intelligo, niſi probetur exſtare verbum praeſens *λεηλάω*, unde derivata ſit iſta forma, quod tamen vix reperiatur. — Paullo poſt, teſtimonia codd. A. et B. ſequens, ſcribe *πρὸς ῥαθυμίαν τρεπόμενοι*, imprimis quum lectio vulgata omni careat auctoritate, cod. C. exhibente corruptum *ῥαθυμοτέραν*, articulo haud adjecto. — Eodem cap. haud male habent codd. A. et B. *καὶ λελειμμένους πάντων τούτων·* et mox extr. reperimus in cod. B.: *κατὰ νώτου αὐτοῖς τὴν ἀπόβασιν ποιουμένων.* — Cap. XVII. confirmat cod. A. Caſauboni conjecturam, *Ἑορτῆς γὰρ πανδήμου ἔξω* etc., ſicut mox cap. XVIII. *πηλὸν κεραμικὸν* exhibens. — Eodem cap. XVIII. habet cod. A. *εἰς τὴν βαλανοδόκην τῶν πύλων ἄμμον προενέβαλεν*, et ad finem: *ταῦτα δεῖ οὖν συμβαλλόμενον πάντα φυλάττεσθαι, καὶ τὰς πύλας αὐτὸν τὸν ἄρχοντα κλείειν* etc. haud praetermittenda. — Cap. XXI. vocem *Στρατοπεδικῇ* graecam eſſe ignoramus, ideoque vocabulum Atticis uſurpatum in textum recipimus e codd. A. et B. ſic legentes: *τὰ μὲν πολλὰ ἐν τῇ Στρατοπεδευτικῇ βίβλῳ γραπτέον.* — Cap. XXII. codicem A. ſequens, *διὰ βραχέων τε φυλάσσειν, καὶ πολλὰς εἶναι τὰς φυλακὰς* etc. ſcribendum eſſe cenſeo, cui favet cod. B. *βραχέωνται* afferens. — Eodem cap. e fide codicis B. lege *ὕπνοι ἐγγίγνοιντο* (cod. A. *ἐγίγνοιντο* exhibente), quod jam Caſaubonus lectioni vulgatae jure ſuo praetulit. — Occurrit porro eodem cap. forma ſingularis *παραγγέλθω*, quam quomodo e praeſenti *παραγγέλλω* derivari queat haud intelligo, ideoque e codd. A. et B. reſtitue *παρηγγέλθω δὲ ποιεῖν ἅπαντας τοῦτο ἀπὸ συσσήμων.* — Mox aeque offendit forma *δεδηλούσθω* poſt verba *ἱκανῶς μοι* occurrens, cui e codd. A. et B. eadem ex cauſa *δεδηλώσθω* ſubſtituendum eſſe

Digitized by Google

mihi perſuaſum eſt. — Paullo antea habent codd. A. et B. ἢ ὁποτέρως ἂν συμφέρῃ, quód vulgato ἐκφέρῃ praetulerim. — Eodem cap. extr. auctoritate codicis A. ſcribendum eſt: ὅστις ὑπὲρ αὐτοῦ φυλάξει, quum vulgatum αὐτοῦ ſenſui repugnet. — Cap. XXVI. lege ἀποδέχονται δέ τινες (ut jam voluit Caſaubonus) καὶ τόδε, ſi codices A. et B. ſequi placet. — Cap. XXVII. e codd. A. et B. lege κατὰ χώραν τε ἠρεμεῖν, καὶ ἀναβοᾶν Παιᾶνα etc. — Cap. XXVIII. legimus nunc: Πύθων μὲν ὁ Κλαζομένιος καὶ τῶν ἐν τῇ πόλει τινῶν συνελθόντων, τηρήσας τελέως τὸ ἡσυχότατον τῆς ἡμέρας etc. Vertit Caſaubonus verba: καὶ τῶν ἐν τῇ πόλει τινῶν συνελθόντων, „et qui in urbe ſe illi adjunxerant," recte, ſi legis συνελθόντων· magis tamen mihi arridet lectio συνεθελόντων deſumta e cod. B., quocum fere conſentit cod. A. συνεθελούνθων exhibens. Hac autem voce ſaepius utitur auctor ad ejusmodi res geſtas enarrandas; vid. e. c. cap. ſeq. ἔσωθέν τινῶν συνθελόντων. Tum vertas quaeſo, „et qui conſpirati erant in urbe." — Eodem cap. e codd. A. et B. legendum πίθους εἰσαγούσαις κατέλαβε Κλαζομενὰς etc., quod Caſaubonus lectioni vulgatae praeferendum eſſe contendit. — Cap. XXIX. bene intellexit editor, vocem φρόνημα eſſe corruptam et in φόρημα mutandam, ut legas: πρῶτον μὲν τὸ φόρημα ἐλύθη, quae ſcilicet lectio teſtimoniis codd. A. et B. genuina comprobatur. — Eodem cap. repetunt codd. A. et B. vocem ἔπλεκον poſt verba καὶ περικεφαλαίας, καὶ ἀσπίδας, haud male. — Cap. XXXI. plura afferunt haud rejicienda. Primum confirmant Caſauboni emendationem, qua verba ἐπὶ στιγμαῖς, abjecto accentu ſuper ultima praepoſitionis ſyllaba poſito, junguntur, ut legas: ἐπιστιγμαῖς δὲ ἐλαχίσταις, et mox, ὡς ἀδηλοτάτην ἐπιστιγμαῖς διὰ πολλοῦ etc. — Paullo poſt aeque probant Caſauboni ſententiam, afferentes ὑπὸ τὰ πτερύγια τοῦ θώρακος βιβλίον. Tum ὑπερεχέτω τοῦ πώματος ſcribendum conſtituunt, inprimis,

quum vulgatum *πόμα* potum, potionem ſignificet, non autem operculum, quod hic deſideretur. — Eorum porro auctoritate ſcribe *διεῖρον τὸ λίνον*, quum *λίνον* ſit generis neutrius. — Similiter optimam exhibent lectionem in ſequentibus: *ἐπειδὰν δ' ἀφίκοιτο εἰς Μίλητον πρὸς Ἀρισταγόραν, κελεύειν ξυρήσαντα κατιδεῖν εἰς τὴν κεφαλήν.* Vertit Caſaubonus, ac ſi legerit *κελεύειν* (quod tamen in cod. C. haud reperitur) haecce proponens: „nullum aliud notis inuſto dans mandatum, niſi hoc, ut poſtquam Epheſum ad Ariſtagoram perveniſſet, *juberet* eum caput ſibi ſtigmatiae radere atque illud inſpicere.“ Quod tamen in lectione vulgata, *κελεύει*, haud ineſt; tum enim refertur vox iſta ad Hiſtiaeum et adhuc *παραγγέλλειν* ſive ſimile aliquid ſubintelligendum, quod durius. — Ad finem hujus capitis e cod. A. *πρὸς ἄλλοις δὲ γενομένου* ſcribendum, quod jam vidit Caſaubonus. — Cap. XXXIII. habemus: *ἐὰν δὲ ἐμπρησθῶσι πύλαι πρὸς τὸ φέρεσθαι ξύλα καὶ ἐμβάλλοντα ἐς μέγιστον τὸ πῦρ ποιεῖν* etc. Neſcio, quid ſibi velit articulus *τὸ*, inter *πρὸς* et *φέρεσθαι* poſitus, ſane moleſtus. Eo vero deleto et praepoſitione *πρὸς*, abjecto accentu, cum verbo conjuncta, quod jubet cod. A., optime legas: *προσφέρεσθαι ξύλα κ. τ. λ.*

Sunt itaque haec, mi Bredowi, quae e codicibus Pariſienſibus Aeneae Tactico imprimis ſalutaria tecum communicare placuit. Reſtant adhuc, uti facile vides, in contextu plurima menda, quae qua poſſunt ratione tolli nondum ſatis perſpicio. Nam ſi excipias cod. Medic. Florentiae in bibl. Laurent. ſervatum, et Pariſienſes illos mihi memoratos, dubito magnopere dari adhuc alicubi in Germania, Gallia aut Italia Manuſcriptos Aeneae libellum continentes. Monachii vero, qua in urbe auctore Harleſio in Fabricii bibl. graec. Vol. IV. pag. 335. codicem Aeneae diligenter quaeſivi, nullus adeſt nec umquam adfuit.

Digitized by Google

quantum ſciunt bibliothecae Monacenſis Regiae praefecti doctrinae ac benevolentiae laudibus aeque inſignes. In votis igitur mihi eſt, ut forte in bibliotheca italici cujusdam monaſterii talis, quale eſt celeberrimum illud in monte Caſſino ſitum, adhuc reperiatur codex Mſ., qui Aeneae commentarium exhibeat emendatiorem, quam qualem hactenus legimus. — Cura ut valeas faveasque amico.

Mediolani, menſ. Jul.
MDCCCVIII.

K.

X.

OLAO WORMIO

PROF. ET RECT. SCHOL. HOTH. EQUITI AURATO IV. CLASSIS ORDINIS DANEBROGICI

PETRUS OLAUS BRÖNDSTED

S.

Octo et amplius anni ſunt, cum ederetur Scholiaſta Platonis Ruhnkenianus, quo quidem opere abſoluto ultimum quaſi vale dixiſſe humaniorum literarum alumnis *Ruhnkenii* Muſas, acerbe luges, *Wormi,* lugent tecum quotquot acumen ingenii feliciſſimi et amoenitatem ſentire et in univerſum merita in litteras ſummi viri intelligere recte ac aeſtimare poſſunt.

Nam ita fere nos homines generati ſumus a natura, ut, cum aegre feramus mediocritatem noſtri generis, experti quovis die, haud ſine taedio, vanitatem plerorumque conatuum humanorum, ſi quis mortalium, laetiore ingenio natus, et quaſi diviniore afflatus ſpiritu, terminos humanitatis vulgares, nimis anguſtos ſibi viſos, revellere audeat et ultra progredi ſolus, hunc intueamur, hunc ſuſpiciamus, et, quamvis magna praeſtiterit, exſpectemus ſemper majora, imo triſtes afflictique animo, ſuccenſeamus naturae, tanquam caeco cuidam et iniquo fato, ſi ex his terris ſublatus fuerit ille heros, prius quam votis et deſideriis noſtris parum modeſtis plane ſatis fecerit.

Ita in Davide Ruhnkenio, Criticorum ſeculi XVIII. facile principe, quo quis ſumma viri immortalis merita in omne doctae antiquitatis ſtudium clarius perſpexerit,

Digitized by Google

tanto acrius dolere ſolet crebriusque conqueri: conſiliorum doctorum et propoſitorum multa, quae juvenis ceperat et viribus confidens ſuis Ruhnkenius, aut omnino irrita manſiſſe, aut inchoata quidem pleno tamen caruiſſe eventu.

Nunquam haec cogitatio, quam memini te, *Wormi*, crebris ſermonibus uſurpare, mihi quidem frequentior ſubit, quam inter legendum Platonem; quem quidem ſcriptorem divinum noſti me non tantum admirari et colere unum e paucis, ſed vitae meae morumque auctorem ſingulari cum pietate venerari, circumferre mecum, quocunque fortuna vocaverit, et nunquam deponere de manibus. Ut taceam nunc quidem de illa integra Platonis editione, cujus a Ruhnkenio revidendae et Edinburgi emittendae ſpem fecerat ipſe, impeditus poſtea, ut verbis utar magni vitae ejus ſcriptoris [a]), „ſummae perfectionis ſive ſtudio ſive errore" — eſt quod magnopere doleat aſſiduus quisque Platonis lector, collectionem Scholiorum Veterum in Platonem a Ruhnkenio editam carere illis commentariis, quos addere primum decreverat. [b]) Etſi enim, prouti res nunc eſt, Scholiaſta Platonis nudus, inter multa e notis fontibus, Lexicographis, Grammaticis, hauſta et repetita, haud pauca habeat nova vel e deperditis nunc fontibus hauſta, quae ad rectiorem compluriumPlatonis locorum, rerumque doctae vetuſtatis intelligentiam egregie faciunt, interea tamen non eſt quod dubitemus nos, qui Timaeo Ruhnkeniano nunc fruimur, quin e commentariis Ruhnkenii ſcholiaſtae Platonis maxima commendatio acceſſura fuiſſet. Quod monuit quidem me prior egregius vitae Ruhnkenii ſcriptor.

Ruhnkenio ex his terris ſublato, Philoſophiae graecae, inprimisque Platonis, Philoſophorum quaſi dei, cultoribus, in triſtem conjectis orbitatem, ea potiſſimum

a) In *Vita Ruhnkenii* p. 186.

b) Vid. *Vit. Ruhnk.* l. c.

arridebat ſpes, fore, ut niſi ipſe *Dan. Wyttenbachius,* Ruhnkenii nominis pius cultor et paris laudis aemulus, certe inter multos egregiae ejus ſcholae alumnos doctus quidam juvenis et in Platonis lectione praeclare verſatus reperiretur, qui, auctoritate Wyttenbachii et ſuffragiis omnium doctorum hominum excitatus, provinciam ſuſcipere excutiendi, comparandi invicem et, quo valeret ingenio quaque doctrinâ, diſponendi apte ſupplendique, denique edendi quae in adverſariis ſuis reliquerat Ruhnkenius Scholiaſtae Platonis adornando deſtinata.

Non defuerunt nec in Germania nec in Gallia docti homines, qui ſuum hoc deſiderium publice profiterentur. Ut unum tantum afferam, nota ſatis eſt egregia illa commentatio, quae inſcribitur *Notitia ſcholiorum graecorum in Platonem* c) auctore *Chardonio la Rochette,* qua plurimum contulit doctiſſimus Gallus ad ſcholiorum Platonicorum collectionis uſum et pondus, et merita divi Ruhnkenii hoc quoque nomine intelligenda melius et latius divulganda. Neſcio equidem an evenerit, de quo ſub finem ſcriptionis ſuae dixit Chardonius certiorem ſe factum: ſcilicet ratum iri votum quod in principio fecerat, quum jam detulerit doctiſſimo cuidam *Dan. Wyttenbachii* diſcipulo Univerſitas Leidenſis officium diſponendi edendique e ſchedis Ruhnkenianis, quae ad Scholiaſtam noſtrum pertinere viderentur. Egregium certe et celeberrimae illius Univerſitatis luminibus dignum conſilium, quod, niſi dudum exoptatum eventum habuerit, (neſcire me fateor) votis meis ingenuis proſequor. d) De ſecundis autem illis curis in Scholiaſta adornando ponendis aut poſitis nil amplius edoctus tibi ſcribo, *Wormi,*

c) „*Notice des ſcholies grecques ſur Platon*" primum inſerta Ephemeridi doctae, quam ſub titulo *Magazin Encyclopédique* divulgat ſingulis menſibus *Millinius* V. C., deinceps ſeorſim edita typis Didoti junioris, Pariſ. 1801. in 8.

d) Ph. Guilelmo van Heusde commiſſum id negotium eſſe, narratum alicubi legi. Editor.

de futura quadam editione Scholiaſtae Platonici tanquam in *re nova* mihi viſus verſari. Peregrinanti et multis negotiis distracto occupatoque diſcipulo tuo ignoſcas nunc quidem non licuiſſe multos libros evolvere, farraginem ſcholiorum omnem excutere, bona ſejungere malis, meliora addere, et de propria penu depromtis probabiliter adaugere. Id nunc non ago. Si quae habeo in ſchedulis meis bonae frugis ad doctius veterum ſcriptorum, qui de Platonicis libris commentati ſunt, ſtudium auſpicandum, debita meae aut operae aut bonae fortunae, ea promam alio tempore, alia occaſione.

Duobus maxime conſtabit officium futuri editoris ſcholiorum brevium aut minorum e) ad Platonem: *uno*, ut *emendetur*, *altero*, ut *augeatur* collectio Ruhnkeniana.

Quod *primum* attinet: emendandam eſſe collectionem, hoc fere idem eſt ac ſi diceres: menda et errores, ſi qui inſunt, contra linguae graecae et rectae ſcripturae regulas atque rationes, errores typographicos, alios, porro ſi quae inſunt lacunae ſenſum alicubi pervertentes aut commutationes verborum, exortae legentis aut hallucinatione aut exercitationis defectu in difficili paſſim Mſ. Codd. ſcriptura legenda — cujuscunque generis menda caſtiganda eſſe ſedulo ad linguae graecae rationes et codd. Mſptorum fidem et auctoritatem.

Si reputes animo rationem, qua extiterit collectio Scholiorum, qua nunc fruimur, Ruhnkeniana: ejus nimirum non niſi particulam aliquam, fortaſſis valde tenuem, a Ruhnkenio ipſo e codd. Mſptis in chartas traductam ſuas; longe maximam ſcholiorum vim doctorum hominum, quibus familiariter uſus eſt Ruhnkenius, Villoiſoni, Bandini, aliorum, ſtudio et opera deſcribi curatam

e) Ita enim dicere juvat ad horum discrimen a τοῖς μεγάλοις σχολίοις, commentariis graecis longioribus Olympiodori, Procli Lycii, Damaſcii, ceterorum, editis aut ineditis, unde minora illa haud raro excerpta ſunt.

tam et cum eo communicatam eſſe; porro editionem textus ſcholiorum intermiſſam diu, depromtam denique et publici juris factam ſub finem vitae ejus, cum occaleſceret non nihil ad terrena haec noſtra ſtudia ac negotia divinior Ruhnkenii mens, mox ad coelites migratura: ſi ad haec, inquam, animum advertas tuum, eſt ſane quod mireris potius ſcholiaſtae Ruhnkeniani nitorem, praecipue ſi cum ſqualore typographico collectionis Siebenkeſianae, alioquin non contemnendae, comparaveris, quam vitiorum, quae manſerunt, paucitatem.

Sed inſunt tamen. Quorum quidem varii generis mendorum ſpecimina nunc quaedam delibabo, ducta ea quidem propemodum omnia e ſcholiis in X de Republ. libros, non quod in ceteris ſcholiaſtae textum puriorem multo repererim, ſed quod ab horum lectione librorum recens ad eos quidem obſervatorum in adverſariis plura habeam in promtu.

Scholiaſtae Ruhnken. pag. 151. ad libror. de Republ. II. p. 372. E. ed. Steph. φλεγμαίνουσαν. Scholiaſta Ruhnk. habet τυφῶσαν, ἐπηρμένην, μεγαλαυχουμένην. Pro τυφῶσαν crediderim ſcribendum eſſe τρυφῶσαν, quod habet cod. Mſ. Pariſ. 1807, optimus liber, et ſcripſerat Plato l. c. in ipſo, in quo vox φλεγμαίνουσα eſt, commate: οὐ πόλιν σκοποῦμεν μόνον ὅπως γίγνεται (ita enim ſcribendum, non γίγνηται, quod expreſſit H. Stephanus) ἀλλὰ καὶ τρυφῶσαν πόλιν. *Suidas* ad locum noſtrum φλεγμαίνουσαν πόλιν: ἡ μεταφορὰ, inquit, ἀπὸ τῶν ἑλκῶν τῶν διὰ φλεγμονὴν κινδυνευόντων ἐκρήσσειν. Certe ſi retinendum eſt illud, ſcribendum τυφοῦσαν (a τυφόω), τυφῶσαν enim vox nihili eſt. Verum haud dubito, Scholiaſtam, ſi verbum τυφόω adhibere voluiſſet, ſcripturum fuiſſe τετυφωμένην.

Scholiaſt. pag. 149. ad Reip. II. 362. a. ed. Steph. Ἀνασχινδυλευθήσεται. Sch. ἀντὶ τοῦ ἀνασκολοπισθήσεται. Apud Ruhnkenium ἀνασκοπολισθήσεται ortum errore calami nihili eſt.

Schol. pag. 151. ad Reip. II. 373. c. *Συβωτῶν.* Sch. *Σημαίνηται* (hoc loco, veluti ſupra pag. 150. Schol. *οὐ τὸ δίκαιον* et alibi paſſim lege *σημειοῦ* vel *σημείωσαι*, vid. *Hemſterhuſ. ad Plut.* p. 143 ſq. et *Valckenaer.* diſſert. de ſcholiis ad Homerum ineditis p. 118.) *ὅτι τὰς ὗς ἀναγορεύει Πλάτων τοῦ ἐσθίεσθαι* (*ἐν*) *τῇ ἀρίστῃ πολιτείᾳ.* Praepoſitionem hoc loco omitti logica quaedam ratio vetat, habet codex Mſ. Pariſ. 1807.

Schol. pag. 152. ad Reip. III. 388. d. *Σχολῇ.* Sch. .... *οὐ μόνον, φησὶ, τοὺς ἄλλους οὐ κωλύσει, ἀλλὰ καὶ ἑαυτόν.* Antiqu. liber Mſ. Pariſienſis *ἀλλ' οὐδὲ ἑαυτόν*, quod rectius.

Schol. p. 153. ad Reip. III. p. 394. c. *Τραγῳδία τε καὶ Κωμῳδία.* Sch. .... *Κωμῳδία ἐστὶ ποίησις ἔμμετρος καὶ αὐτὴ πρὸς ἅμιλλαν ᾠδῆς* .... Reſtitue ex auctoritate veteris libri Mſ. *καὶ αὕτη πρὸς ἅμιλλαν ᾠδῆς.*

Schol. p. 155. ad Reip. III. p. 398. a. *Κατὰ τῆς κεφαλῆς.* Sch. *παροιμία .... ἄλλως· Μύρου καταχέειν.* L. *Μύρον καταχέειν κ. τ. λ.*

Schol. p. 155. ad Reip. III. p. 399. c. *Μαρσύου.* Sch. *Μαρσύας Ὀλύμπου τοῦ αὐλητοῦ, υἱὸς ἦν.* Lege *Ὀλύμπου μὲν τοῦ αὐλητοῦ κ. τ. λ.* Sequitur *ἄκρος δὲ τὴν τέχνην οὕτως κ. τ. λ.*

Schol. p. 157. ad Reip. III. 406. a. *Ἀπέκναισε.* Sch. *διέφθειρεν, ὡς νῦν· σημαίνει δὲ καὶ ἔκοψε καὶ ἐλύπησεν.* Praeferrem, quod eſt in Vet. libro Mſ. *διέκοψε*, quum verbi *διακόπτειν* propria ſit huc pertinens ſignificatio. Cf. locum *Athenaei* laudatum a *Schneidero* in Lexico (ad vocem *διακόπτειν*), *διακόπτειν τὰς κοιλίας καὶ διακαθαίρειν.* Suidas habet *ἀποκόπτει.* Integra autem gloſſa in Suida eſt: *Ἀποκναίει· διαφθείρει, ἀποκόπτει, ἀπολλύει, λυπεῖ, ὀδυνᾷ.*

Schol. p. 157. ad Reip. III. 414. c. *Φοινικικόν.* Sch. *Τὸ ψεῦδος Φοινικικὸν φησὶν ἀπὸ τῶν κατὰ τὸν δράκοντα, καὶ τοὺς Σπαρτούς. καὶ Κάδμον ψευδῆ*

Digitized by Google

λεγομένων. L. *ψευδῶς λεγομένων*, conſentiente Vet. lib. Mſ.

Schol. p. 159. ad Reip. IV. 430. a. b. *Χαλαστραίου.* Sch. *Χαλάστρα πόλις τῆς Μακεδονίας καὶ λίμνη, ἔνθα τὸ Χαλαστραῖον νίτρον γιγνόμενον διὰ ἐνναετηρίδος πήγνυται.* Ita ſcribe. *Ἐννεατηρίδος* apud Ruhnken. extitit aut ſcribae aut typothetae errore. Scribere quidem poteris, quanquam *κακοφώνως*, certe compoſitionis regulis non obſtantibus, *ἐννεαετηρίδος*, illud non item; et crediderim, formam verbi *ἐννεατίζω* a Schneidero in utraque editione Lexici admiſſam idoneâ auctoritate carere, in ejusque locum ſubſtituendum *ἐνναετίζω.* Nimirum „*ε*", quod eſt in verbo *ἐτίζω*, cum ſyllabarum, quas dicunt, radicalium una ſit, nequit elidi. [f])

Schol. p. 160. ad Reip. IV. 434. a. *Πάντα τἄλλα μεταλλαττόμενα.* Sch. *ἀντὶ τοῦ πάσας τὰς ἄλλας τέχνας ἀμειβόμενος* (lege *ἀμειβομένας*) *ὑπ' αὐτοῦ μίαν, εἶτα ἑτέραν.*

Schol. p. 161. ad Reip. V. 449. a. *Ἦια.* Schol. *Ἦια δισυλλάβως τὸ ἐπορευόμην . . . . καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ οὕτως ἀναγνωστέον τὸ, ἀκμάζοντες ἤισαν* (in Vet. libr. Mſ. fere melius ſic: *ὅτι ἀκμάζοντές τε ἤϊσαν*) *εἰς τ' αὐτόν.* Vid. locum Thucyd. I, *ά.* init.

Schol. p. 161. ad Reip. V. 451. a. *Ἀδράστειαν.* Schol. *Τρεῖς Μοίρας . . . . . ἡ δὲ αὐτὴ καὶ Νέμεσις λέγεται ἀπὸ τῶν νεμέσεως, ὡς διαιροῦσα καὶ νέμουσα τὸ ἐπιβάλλον ἑκάστῳ.* Vitioſis verbis ſana ſubſtituas e Vet. libr. Mſ. *ἀπὸ τῆς νεμήσεως κ. τ. λ.*

Schol. p. 164. ad Reip. V. 465. d. *Ὀλυμπιονῖκαι.* Schol. . . . . *Ἴφιτος δὲ, καὶ Λυκοῦργος, οἱ Ἡρακλεῖδαι, καὶ Κλεοσθένης, ὁ Κλεονίκου, ἐπιγενόμενοι, καὶ εἰς ὁμονοίαν* (l. *ὁμόνοιαν*) *τοὺς Πελοποννησίους*

---

f) Si vox recte habet, ſignificare debet *novenis diebus.* Vide Plinii 31. c. 10. Editor.

καλοῦντες (praeſerrem, quod reperi in Vet. libr. Mſ. *παρακαλοῦντες*) *πέμπουσι κ. τ. λ.*

Schol. p. 166. ad Reip. V. 472. e. *Ἆρ᾽ οἷόν τε.* Sch. *ὁ νοῦς οὗτος· Ἆρα ἀκριβῶς, ὡς ὁ λόγος ἀπαιτεῖ, ἐνδέχεται τοὺς ἀνθρώπους πράττειν, ἢ ὡς* (l. *ἡ*) *πρᾶξις κατὰ φύσιν ἧττον ἅπτεται ἀληθείας, ἤπερ ἡ λέξις καὶ ὁ λόγος;* .... Mox infra *καὶ ἄλλως πάντα σύμφωνα τῷ λόγῳ* — reſtituas *καὶ ἁπλῶς πάντα κ. τ. λ.*

Schol. p. 166. ad Reipubl. V. 473. c. *Οἱ φιλόσοφοι.* Schol. *Τί λέγει; ὅπερ ἐπὶ Μάρκου τοῦ φιλοσόφου, βασιλέως Ῥωμαίων, ἀπέβη.* Rectius ſcribe ſine interrogatione *Τὶ λέγει, ὅπερ κ. τ. λ.* Interrogandi ſignum haud dubie adpoſuit, qui ſcholion transſcripſit, cum in Vet. cod. Mſ. reperiſſet *τὸ τί ὀξυνόμενον.* Ita autem in Veteribus libris Mſptis, X. praeſertim et XI. ſeculi, ſaepiſſime ſcribitur absque ulla vi interrogandi.

Schol. p. 167. ad Reip. V. 479. b. c. *Παίδων αἰνίγματι.* Scholiaſtae textum hoc loco valde corruptum, e *Brunckio*, qui griphum hunc in Anthologia expreſſit, et *Jacobſio*, utroque cum *Suida* (voc. *αἶνος*) et unico, qui hoc ſcholion exhibet, Oprr. Platon. codice Mſpto Pariſ. 1807 comparato, ſic puto reſtituendum:

Κλεάρχου γρῖφος·

Αἶνός τίς ἐστιν, ὡς ἀνήρ τε κοὐκ ἀνὴρ
ὄρνιθα κοὐκ ὄρνιθ᾽ ἰδών τε κοὐκ ἰδὼν
ἐπὶ ξύλου τε κοὐ ξύλου καθημένην
λίθῳ τε κοὐ λίθῳ βάλοι τε κοὐ βάλοι.

Ἄλλως·

Ἄνθρωπος οὐκ ἄνθρωπος, ἄνθρωπος δ᾽ ὅμως
ὄρνιθα κοὐκ ὄρνιθ᾽, ὅμως ὄρνιθα δὲ,
ἐπὶ ξύλου τε κοὐ ξύλου καθημένην
λίθῳ βαλών με κοὐ λίθῳ διώλεσεν.

Νυκτερίδα· ὁ Εὐνοῦχος (*στραβὸς ὤν*)*·*
Νάρθηκος· Κισήρει (*βάλλει καὶ ἀστοχεῖ*).

Expuli tertio *στίχῳ* verba *τε κοὐ καθημένην* utrumque, et ſenſum et verſum pervertentia, orta haud

dubie e putido librarii cujusdam ſtudio ubivis antitheſin intrudendi. Nec ea habet Brunckius, qui priorem aenigmatis formam exhibuit. Secundus verſus poſterioris griphum ſcribendi rationis adhuc eſt in Suida magis quam in Ruhnkeniano exemplo mutilus. Habet *Suidas* non niſi haec: ὄρνιθα κοὐκ ὄρνιθα δ᾽ ὅμως. At ultimum griphi verſum e Suida reſtituiſſem λίθῳ τε κοὐ λίθῳ βαλὼν διώλεσεν, niſi me cohibuiſſet auctoritas vetuſtiſſimi codicis Manuſcripti Pariſienſis, qui h. l. pro τε με habet, lectionem ceteris omnibus, qui griphum expreſſerunt, ignotam, ſed haud ſpernendam.

Quod explicationem aenigmatis attinet in Ruhnkeniano exemplo peſſime expreſſam, dedi eam, qualem reperi in cod. Mſpto citato, ita nimirum, ut ſingulis verſibus poſterioris griphum ſcribendi rationis (nam ad hanc unice pertinet explicatio) in margine adſcriptae ſint ſingulae voces, quae aenigmatis ſolutionem habent, iisdem, quibus in textu ſunt obſcuriores dictiones, caſibus. Ad ὄρνιθα itaque pertinet νυκτερίδα; ad ἄνθρωπος, ὁ εὐνοῦχος; ad ξύλον, νάρθηκος; denique ad λίθῳ, κισήρει. Νάρθηκι autem Ruhnkeniani exempli falſiſſimum eſt, cum quod ad genitivum ἐπὶ ξύλου pertinere nequeat, tum quod idoneum exemplum verbi κάθημαι cum dativo caſu conſtructi ſine dubio fruſtra quaerendum eſſet.

Denique in parentheſi adſcripſi ex Anthologia verba, quae, ut ad utramque griphi ſcribendi rationem pertineat explicatio, faciunt.

Schol. p. 168. ad Reip. VI. 486. a. Ἀνελευθερίας. Schol. . . . . . . Μεγαλοπρέπειά ἐστιν ἕξις βελτίστη περὶ δαπάνας, ἄξιῳ μεγάλῳ καὶ πρέποντι γίγνεσθαι ξήκει. Quid hoc ξήκει? quod, quamvis aperte corruptum, reperi in codd. Mſptis. Crediderim ſcribendum eſſe ἐξήκει eodem fere ſenſu, quo frequenter eſt συμβαίνει, ἀποβαίνει, cui ſimile eſt latin. *evenire*, gallic. *arriver.* Comparavit amicus doctiſſi-

Digitized by Google

mus, quem ea de re conſului, locum *Sophocl. Oedip. Tyr. v. 1182.*

ἰοὺ ἰού· τὰ πάντ᾽ ἂν ἐξίκοι σαφῆ,

et *Parthen.* c. V. ὅπως . . . . . . τῶν παροιχομένων λήθην ποιήσηται, ἅτε δὴ κατὰ θεῶν βούλησιν ἀφικομένων. Et notiſſima ſunt illa συμβαίνει γίγνεσθαι, συμπίπτει, προςπίπτει γίγνεσθαι. Facilius certe foret, ſi ſcribere liceret καθήκει, προσήκει.

Schol. pag. 169. ad Reipubl. VI. 489. b. Ὁ τοῦτο κομψευσάμενος. Sch. Κομψευσάμενον τὸν Εὔβουλόν φησιν, ὃς ὑπὸ Σωκράτους ἐρωτηθεὶς, ἢ (l. ὡς) ὦ Εὔβουλε, σοφὸς ἐθέλεις εἶναι, ἢ πλούσιος, ἔφη, πλούσιος· τοὺς γὰρ σοφοὺς ὁρᾶν ἐπὶ ταῖς τῶν πλουσίων θύραις καθεύδοντας· πρὸς ὃν (l. ὃ) τὸν Σωκράτη πάνυ ἀγχίνως εἰπεῖν· ἢ (l. ὡς) οἱ μὲν σοφοὶ, ὦ Εὔβουλε, ἴσασιν ὧν δέονται, τῆς πρὸς τὴν τῶν ἀναγκαίων χρείαν γὰρ χορηγίας, ἧς οἱ πλούσιοι, εἰ βούλοιντο, χορηγοὶ αὖτοι δ᾽ οὗτοι οἱ πλούσιοι οὐκ ἴσασιν. Corr. χορηγοί· αὐτοὶ δ᾽ οὗτοι κ. τ. λ.

Schol. p. 170. ad Reip. VI. 491. a. Εἰς τὸ ἐπιτήδευμα. Sch. τὸ ἑξῆς· καὶ μετὰ τοῦτο αὐτὰς (l. αὖ τὰς) τῶν ψυχῶν φύσεις . . . . . . οἷαι οὖσαι εἰς μεῖζον ἑαυτῶν ἐπιτήδευμα ἀφικόμεναι, πλημμελοῦσαι ψόγον ἐκ (l. κατὰ) τῆς φιλοσοφίας προςῆψαν. Utrique emendationi ſuum eſt in loco Platonis, ad quod pertinet ſcholion, patrocinium.

Schol. pag. 170. ad Reip. VI. 493. d. Ἡ Διομηδεία λεγομένη ἀνάγκη. Sch. Διομηδεία ἀνάγκη, παροιμία . . . . . . ὅτι Διομήδης καὶ Ὀδυσσεὺς τὸ Παλλάδιον κλέψαντες ἐξ Ἰλίου, νυκτὸς ἐπανῄεσαν ἐπὶ τὰς ναῦς σελήνης οὐ φαινούσης. Falſiſſimum hoc eſſe et ſenſui prorſus contrarium, me non eget monitore, cum ſponte ſua incurrat in oculos cuique ſequentia ſcholii legenti. Reſtituas, quod eſt in cod. Mſ. Pariſ. σελήνης ὑποφαινούσης. Cf. *Suidas* ad vocem Διομήδειος ἀνάγκη . . . . . . „ἐν τῇ σελήνῃ δὲ ἰδὼν τὴν σκιὰν τοῦ ξίφους ὁ Διομήδης" κ. τ. λ.

Digitized by Google

Schol. p. 172. ad Reip. VI. 498. b. Μειρακιώδη παιδείαν. Sch. . . . . . λέγει δὲ τὴν μαθηματικήν· οἰκεῖα (l. οἰκεία) γὰρ αὐτὴ (l. αὕτη) τοῖς νέοις θεοῖς· καὶ γὰρ δι' αὐτῆς τὰς κινήσεις τῶν νέων θεῶν διδάσκομεν (l. διδασκόμεθα) κ. τ. λ.

Schol. p. 173. ad Reip. VI. 500. a. Ἐὰν οὕτω θεῶνται. Sch. ὅτι εὐμετάβολον . . . . καὶ τοῖς τοιούτοις· ἄλλα (l. ἀλλὰ) καὶ νῦν τοῦτο λέγει, ὅτι κἂν λόγῳ τις αὐτοῖς ἐνδείξηται τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν (τὸν ἀληθῆ φιλόσοφον) κἂν αὐτῷ ἔργῳ τοιοῦτος ᾖ φαινόμενος κ. τ. λ.

Schol. pag. 174. ad Reip. VI. 503. a. Βασανιζόμενον. Sch. Βασανιζόμενον, οὐ τὸ (l. τὸν) αἰκιζόμενον καὶ τιμωρούμενον σημαίνει παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, ἀλλὰ τὸ (l. τὸν) ἀνακρινόμενον καὶ ἐλεγχόμενον . . . . . Ferri autem poterat genus neutrum articuli, niſi infra ſequeretur οἷός τις ἐστιν (quod rectius ſcribas οἷός τίς ἐστιν).

Schol. pag. 175. ad Reip. VI. 506. d. Οἷός τ' ἔσομαι. Schol. Ἐλλιπὴς ἡ φράσις· τοῦτο δὲ ἔθος Ἀττικόν· λείπει γὰρ τὸ, σκοπεῖν τι τοιοῦτο, quibus ſubſtituenda utique ſunt ex auctoritate Vet. libri Mſpti σκόπει, ἤ τι τοιοῦτο. Nam inſpicienti contextum loci Platonici, ad quem Scholion pertinet, ſponte apparet, in verbis Socratis ἀλλ' ὅπως μὴ οὐχ οἷός τ' ἔσομαι dictionis ellipſin, quam jure ſuo notat Scholiaſta, non eſſe in ipſo ſenſu verborum οὐχ οἷός τ' ἔσομαι, ad quae quidem ſagacior quisque lector e proxime praecedentibus nullo negotio ſupplet: ὥσπερ δικαιοσύνης πέρι καὶ σωφροσύνης καὶ τῶν ἄλλων διῆλθον, οὕτω καὶ περὶ τοῦ ἀγαθοῦ διέρχεσθαι —; ſed enim eſſe ἔλλειψιν in forma dicendi ἀλλ' ὅπως μὴ οὐκ ἔσομαι, quae eſt re vera ἀνακόλουθος, reddenda latine: *cave*, (σκόπει) *ne impar ſim*, aut alia hujusmodi formula (ἤ τι τοιοῦτο). Res in confeſſo eſt: piget amplius immorari.

Digitized by Google

Schol. p. 175. ad Reip. VI. 509. c. Γελοίως. Sch. Γελοίως διὰ τὴν ὑπερβολήν· ἀσύγκριτον γὰρ τἀγαθὸν ἁπλῶς πρὸς π α κ τ ά· (ecce ſcripturae portentum! reſtituas, quod unice convenit contextui, π ά ν τ α). Mox infra: καὶ ὅμοιον ἥ τε αἵρησις τῷ κλήρῳ καὶ τὸ ἑλέσθαι τῷ λαχεῖν, καὶ τὸ εἶναι τῷ ἐνεργεῖν, καὶ τὸ βούλεσθαι τῷ δύνασθαι, καὶ εἶναι ἁπλῶς ἐν θεῷ π ά ν τ α. Ἄ λ λ ω ς κ. τ. λ. Ad hunc locum etiam atque etiam adhaereſcens tentavi carpendo ac lacerando, ἕλκων καὶ σπαράττων, ad inſtar ingeniorum rudium, quae cum catulis comparavit *Plato* (egregio illo loco Reipubl. VII. p. 490. d. ed. Steph.) et qui Platonis verba latine repetiit *Wyttenbachius* (Vita Ruhnk. p. 235.), tentavi, inquam, quae nunc non attinet repetere, cum meliora daturus ſim.

Enimvero ne dicas me nodum in ſcirpo quaerere, quid quaeſo hoc: „divinam neceſſitatem eodem redire quo voluntatem divinam: perinde eſſe ſorti electionem, eligere et ſortiri, eſſe et efficere, velle et poſſe, *omninoque eſſe in deo omnia*“ ...? quis non ſentit, deeſſe h. l. quaedam, non dico quo ſententiae ſua conſtet veritas, ſed potius quo ſententia h. e. *ſenſus* omnino aliquis exeat verborum. Quid multa? rem expedit egregius liber Mſ. Pariſ., qui ſic habet: καὶ εἶναι ἁπλῶς ἐν θεῷ πάντα ἑ ν ι α ί ω ς, ſi vel offendit ἡμιβάρβαρος vox, tamen perſpicuo ſatis ſenſu: unum tantum eſſe in deo eodemque redire quae nos mortales, humanis circumſcripti anguſtiis, diverſa habere et diverſis dicere vocibus ſolemus. Circumſpicienti mihi de idonea auctoritate ad ſenſum vocis ἑνιαίως, alias haud dubium, adſtruendum probandumque, obtulit *Baſtius*, vir doctiſſimus et humaniſſimus, locum *Hieroclis*, quem repererat, ad rem meam egregie facientem. Eſt autem in libello *de providentia et fato* (editionis Londin. 1654. 8. min. Vol. alt., cui praefatus eſt *J. Pearſonus*, pag. 76.): —, — τὸ μὲν γὰρ ἀεὶ νοεῖν τὸν θεὸν, καὶ ἡνωμένως αὐτοῦ τὴν γνῶσιν ἔχειν, τοῖς οὐρανίοις πρόςεστι· τὸ δὲ, ἀεὶ μὲν, διεξοδικῶς δὲ, τοῖς

αἰθερίοις κατ᾽ οὐσίαν ὑπάρχει· τὸ δὲ, μήτε ἀεὶ νοεῖν, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ νοεῖν μεμερισμένως νοεῖν, ταῖς ἀνθρωπίναις ψυχαῖς ὡς ἴδιον ἀποδέδοται, ἀπολειπομέναις κατὰ φύσιν τῆς τε ἀμερίστου νοήσεως τῶν οὐρανίων, καὶ τῆς ἐν τάξει πληθυνομένης γνώσεως τῶν αἰθερίων· ἐπεὶ μήτε ἐνιαίως (l. *ἐνιαίως*) *μήτε ἀϊδίως νοοῦσιν αὗται· ἀλλὰ καὶ ὅταν πρὸς τὴν τοῦ νοεῖν ἀξίαν ἀνάγωνται τὴν αἰθερίαν μιμοῦνται* (*τάξιν*) *γνῶσιν, καὶ ταύτῃ συνεπόμεναι τῶν νοητῶν καρποῦνται τὴν θέαν κ. τ. λ.*

Hactenus quidem hanc vocem alibi non reperi *ἐπιῤῥηματικῶς* uſurpatam, ſed exempla non defutura eſſe, ut credam, faciunt formulae ſcriptoribus eccleſiae graecae ſatis frequentes *τὸ ἐνιαῖον τῆς θεότητος, τὸ ἐνιαῖον τῆς τριάδος, τὴν ἐνιαίαν θεότητα. Suidas: Ἑνιαία, ἡ μοναδική·* et praeter ea ne verbum quidem. Plura de hac voce dabimus fortaſſis alio tempore et loco. Redeamus ad ſcholiaſtam noſtrum. Crediderim itaque, vocem *ἐνιαίως* aut male lectam aut nón intellectam a Ruhnkenii librario, qui ſcholion e cod. Mſpto transſcripſit, mutatam fuiſſe in illud *ἄλλως*, quod in libro impreſſo indicat aliud quoddam ſcholion incipere. Deeſt *ἄλλως* in cod. Pariſ. cit. continuaque ſerie deſcriptum utrumque ſcholion, niſi quod primum, deſinens in verbis: *καὶ εἶναι ἁπλῶς ἐν θεῷ πάντα ἐνιαίως*, in fronte folii Mſ. exaratum, alterum autem, quod incipit verbis: *τὸ γελοίως, ἤτοι ἐγκοσμίως κ. τ. λ.* ad calcem folii adſcriptum reperiatur.

Denique in verſu Homerico (Il. *ά.* 599.) afferendo error typothetae caſtigandus eſt: *ἄσβεστος δ᾽ ἄρ᾽ ἔνωρτο* (l. *ἐνῶρτο*) *γέλως μακάρεσσι θεοῖσι.*

Schol. pag. 181. ad Reip. VI. 530. a. Ἀστρονομικόν. Sch. *ὁ τῷ ὄντι, φησὶν, ἀστρονομικὸς τὸν μὲν ὁρώμενον οὐρανὸν βλέπει τε καὶ θαυμάζει, διὰ τῆς εὐτάκτου κινήσεως, τὸν δημιουργόν· Ἄτοπον δὲ ἡγοῦντο ἐξονυχίζειν καὶ λιπαρῶς τοῖς φαινομένοις κεχηνέναι κ. τ. λ.* Primum corrigas ex auctoritate Vet. libri Mſpti

Digitized by Google

βλέπει τὲ, θαυμάζει διὰ κ. τ. λ. porro *ἡγοῦντο* falſiſſimum eſſe ſponte in oculos incurrit. Neque enim in ſcholiaſtam, nugantem quamvis et labentem paſſim, ea cadit oblivio ſui, ut ſcriberet: „*vir bonus ſunt*, *ſcholiaſta hallucinantur*,“ quae profecto non ſunt pejora illo *ἡγοῦντο*, cum praeceſſerint nuper *ἀστρονομικὸς*, *βλέπει* et *θαυμάζει*. Scribendum putayeram *ἡγεῖται*, ſed melius exhibet cod. Mſ. Pariſ. *ἡγήσαιτο*, quod paene deletum et a me et *Haſio* meo in deſperatis habitum extricavit tandem *Baſtius*, obelorum et aſteriſcorum veteribus librariis adhibitorum callidiſſimus augur.

Schol. pag. 182. ad Reip. VII. 537. a. *Εἰς ἀριθμόν τινα ἐγκριτέον.* Sch. ὡς Ὅμηρος·

ἐν ἀνδρῶν ἵξει ἀριθμῷ.

Praepoſitionem, quae h. l. abeſſe nequit, addidi e Vet. lib. Mſ. — Eſt autem apud Homerum *μετὰ* (Odyſſ. λ, 448.).

Schol. p. 183. ad Reip. VIII. 546. b. *Θείῳ γεννητῷ* . . . In medio fere ſcholii *μιμεῖται γὰρ τὰ θειοτάτων ὄντων ἄγρυπνον ἔχοντα ζωήν*; reſtituendum puto e Vet. cod. Mſ. Pariſ. *τὰ θειότατα τῶν ὄντων.*

Schol. p. 183. ad Reip. VIII. 546. a. *Περιτροπαὶ ἑκάστης κύκλων περιφορᾶς.* Scholion, in quod, ut apud Ruhnkenium eſt, ſatis multa vitia irrepſerunt, ad Veteris maxime libri Mſpti fidem ſic fere reſtituendum exiſtimo:

Εἰ ὁ πᾶς χρόνος αἰών (l. *αἰῶνός*) *ἐστι τοῦ παντὸς εἴκων* (l. *εἰκών*)*· λέγεται γὰρ* (adde *καὶ*) *ὁ αἰὼν πᾶς· τὸ μὲν οὖν παράδειγμα τὸν ἅπαντα αἰῶνά ἐστι· μέτρον δὲ ὁ πᾶς αἰὼν, μέτρον* (adde *ἄρα*) *καὶ ὁ πᾶς χρόνος ἄλλοις, ὁ μὲν τῆς τοῦ νοητοῦ ζωῆς μέτρον, ὁ δὲ τῆς τοῦδε τοῦ κόσμου ζωῆς, ὁ χρόνος· καὶ εἴη ἂν τῆς τοῦ* (l. *τῶν*) *ἐν αὐτῷ πάντων ἀσωμάτων κινήσεως καὶ σωματικῶν* (adde *πασῶν*) *κοινῆς συναποκαταστάσεως μέτρον παντελὲς, ὃ δὴ πολλάκις συνειλισσόμενον* (l. *συνελισσόμενον*) *ποιεῖ τὸν ἄπειρον χρόνον.*

Digitized by Google

Schol. p. 186. ad Reip. VIII. 560. c. *Λωτοφάγους*. Sch. *τοὺς ψευδεῖς καὶ ἀλαζόνας λόγους κ. τ. λ.* Mox: *ὁ λῶτος δένδρον ἐστὶν ἐν Λιβύῃ κατὰ (τὴν) Μέμφιν φυόμενον, εὐμέγεθες, ἡλίκον ἄπιος ἢ μικρῷ ἐλάττων* (l. *ἔλαττον*). Infra: *ὁ δὲ καρπὸς ὥςπερ κύαμος πεπαίνεται, ὥςπερ βότρυες, μεταβάλλων τὰς χρόας* (corr. *ὁ δὲ καρπὸς ὥςπερ κύαμος, πεπαίνεται δὲ ὥςπερ οἱ βότρυες, μεταβάλλων τὰς χρόας*) .... Denique: *τὸ δένδρον δὲ καὶ πολὺ καὶ πολύκαρπον καὶ παρὰ τὴν Λωτοφαγίαν νῆσον, ἀνέχουσαν τῆς χώρας, μικρὸν ὡσαύτως.* (corr. *καὶ παρὰ τὴν Λωτοφαγίδα νῆσον ἀπέχουσαν .. κ. τ. λ.*)

Schol. p. 190. ad Reip. IX. 577. e. *ὡς περὶ ὅλης εἰπεῖν ψυχῆς*. Sch. *Τὸ γὰρ λογιστικὸν τῆς τοῦ τυράννου ψυχῆς ὑπὸ θυμοῦ καὶ ἐπιθυμίας κρατούμενον, οὐ ποιεῖ ὃ βούλεται ἡ ψυχὴ, ἀλλὰ κατὰ κρεῖττον μὴ ποιοῦσα αὐτῆς, διὰ τοῦτο λέγεται κ. τ. λ.*

Hoc ſcholion, ut eſt in Ruhnkeniano exemplo, qua demum ratione tentaveris, exit ſententia, quamvis ſatis divinatu facilis, certe aut ad logices rationes male conſtructa aut ad conſuetudinem graeci ſermonis inſolentius expreſſa.

Primum, interpungendi ſigno, commate, quod poſt *κρατούμενον* eſt, manente, propoſitio antecedens „*τὸ λογιστικὸν .... κρατούμενον*“ abſolute, ut vocant, conſtructa videtur, qui quidem audacior et inſolentior uſus *τῆς ὀνομαστικῆς* pro conſueta cum *γενικῇ πτώσει* ratione: „*τοῦ λογιστικοῦ .... κρατουμένου*“ ab ingenio timidiore et conſuetudine trita Graeculi recentioris aevi, qui has qualescunque notulas ad Platonem conſcripſit, prorſus abhorret. Demto autem commate poſt *κρατούμενον* et verbo *οὐ ποιεῖ* ad praecedent. nominat. *λογιστικὸν κρατούμενον* relato, alia, nec minor ea quidem, oritur ad ſubſequentia difficultas. Eſt autem in eo, quod coacti ita videamur primum *βούλεται* et *ἡ ψυχὴ* interpungendo ſecernere, deinde *ἡ ψυχὴ* et *ἀλλὰ* ordine in-

Digitized by Google

verſo transponere hoc fere modo: τὸ γὰρ λογιστικὸν τῆς τοῦ τυράννου ψυχῆς ὑπὸ θυμοῦ καὶ ἐπιθυμίας κρατούμενον, οὐ ποιεῖ ὃ βούλεται, ἀλλὰ ἡ ψυχὴ κατὰ κρεῖττον κ. τ. λ. Immo ne ſic quidem omnis abeſt contorta ratio.

De his meditanti mihi, diutius forte, quam quod in tenui annotatiuncula ſatis eſſe videretur, refugium fuit ad librum Mſ. egregium Pariſ., quo quidem edoctus ſum, poſt *οὐ ποιεῖ* integrum excidiſſe στίχον, totumque ſic ſcholion eſſe reſtituendum:

Τὸ γὰρ λογιστικὸν τῆς τοῦ τυράννου ψυχῆς, ὑπὸ θυμοῦ *καὶ* (l. ἢ) ἐπιθυμίας κρατούμενον, οὐ ποιεῖ ἃ *βούλεται καθαυτό· ὥστε κἂν κατὰ τὰ χείρονα μέρη ποιεῖ* ἃ βούλεται ἡ ψυχή, ἀλλὰ κατὰ κρεῖττον μὴ ποιοῦσα αὐτῆς, διὰ τοῦτο λέγεται, ἥκιστα ποιήσει ἃ ἂν βουληθῇ κ. τ. λ. Similem lacunam, qua ſenſus pervertitur loci, infra notabimus ad Reip. X. 614. b.

Schol. p. 190. ad Reip. IX. 587. b. *Τριπλασίου.* Schol. Εἰλήφθω κατὰ τὴν μονάδα αὐτὴν ὁ βασιλικὸς κ. τ. λ. Mox infra: τοῦ τριπλασίου ἄρα τῆς μονάδος τοῦ γ΄, τουτέστι, τοῦ ὀλιγαρχικοῦ τοῦ πρὸς τὸν βασιλικὸν ἀφεστῶτος τριπλάσιον ὡσαύτως τριπλάσιον *τῷ ἀριθμῷ* (l. τῷ θ΄ ἀριθμῷ) ἀφέστηκεν *ὁ τύραννος* (l. *ὁ τυραννικός*). Utrumque ſuadet Vet. liber Mſ., hoc non magni quidem momenti, melius tamen impreſſo, illud autem, ſignum dico noni numeri, aegre deſiderandum ad illuſtrandam rem in ſcholiaſta quam in Platone obſcuriorem. Poteris quidem omittere ſignum numeri θ΄, tunc vero omittendus quoque articulus τῷ, ut et in Platone τριπλάσιον ἀριθμῷ —. Porro infra: . . . δευτέρα γὰρ (adde *ἦν*) ἡ ἀπὸ τοῦ γ΄ ἐφ' ἑαυτὸν γενομένου καὶ *ποιήσοντος* (l. *ποιήσαντος*) τὸν θ΄ τὸ πλάτος, ἤτοι τὸν ἐπίπεδον, ὥσπερ ἡ τῆς μονάδος ἐπὶ *τοῦ* (l. *τὸν*) γ΄ πολλαπλασίωσις πρώτη αὔξη τε ἦν, καὶ τὸ μῆκος ἐποίει αὐτό· κ. τ. λ.

Schol. p. 191. ad Reipubl. IX. 590. a. *Ἐριφύλη.* Sch. Κάδμος, ὁ Ἀγήνορος καὶ Τηλεφάσσης, λαμ-

Digitized by Google

βάνει μὲν γυναῖκα περὶ (l. *παρὰ*) *Διὸς Ἁρμονίαν τὴν Ἄρεως καὶ Ἀφροδίτης, ὧν κατὰ τοὺς γάμους εὐωχοῦντο* (corr. *εὐωχοῦνται*) *πάντες οἱ θεοί.* Quum nimirum inceperit narrare in praeſenti tempore: *Κάδμος . . . λαμβάνει μὲν γυναῖκα*, non erat, cur h. l. formam mutaret, inprimis quum ſubſequatur *Κάδμος . . . . Ἁρμονίᾳ δῶρον γαμήλιον δίδωσιν.* Infra: *στρατευσάμενοι οὖν μὲν ἄλλοι ἀπώλοντο.* Conſecutionem particularum *οὖν μὲν* in tali quidem conſtructione verborum graece ferri poſſe aegre mihi perſuadeo. Emendetur locus e Vet. libro Mſ. *στρατευσάμενοι οὖν ἄλλοι μὲν ἄλλως ἀπώλοντο.* Denique: *Ἀμφιάραος δὲ φεύγων, ἐποχούμενος ἅρματι, περὶ* (l. *παρὰ*) *τὸν Ἰσμηνὸν κεραυνοῦται ποταμόν· καὶ διὰ τοῦτο λέγεται τὴν Ἐριφύλην ἐπὶ τῆς* (l. *τῇ*) *τοῦ ἀνδρὸς τὸν ὅρμον δέξασθαι ψυχῆς* (l. *ψυχῇ*).

Schol. p. 192. ad Reip. X. 599. d. Λυκοῦργον. Sch. *Λυκοῦργος Σπαρτιάτης, ἢ Λακεδαιμόνιος, γέγονε τῶν Τρωϊκῶν μετὰ ἔτη νθ'* (59). Reſtituendum puto e cod. Mſ. Pariſ. *μθ'* (49). Certe cum *Suida* (ad voc. *Λυκοῦργος*) melius congruit. Nullus enim dubito, quin illo *Suidae* loco ſcribendum ſit *μετὰ ἔτη ν'* ad fidem antiquiſſimi codicis Pariſ., quem citavit in nota Kuſterus monens ſimul, patere e Plutarchi vita Lycurgi, diverſas fuiſſe de Lycurgi aetate opiniones.

Schol. p. 193. ad Reip. X. 599. e. Χαρώνδας. Schol. *Χαρώνδας, ἐκ Κατάνης πόλεως Σικελίας, διάσημος νομοθέτης τῶν Ἀθήνησιν ἐλθόντων εἰς Θουρίους ἐποίκων· φευγόντων δὲ τῷ πατρὶ συνηκολούθησε, κατοικήσας ἐν Χαλκίδι.* Nil certius eſt emendatione huius ſcholii, quam in Vet. cod. Mſ. repertam amplector: . . . *εἰς Θουρίους ἐποίκων· φευγόντων δὲ, τῷ πατρὶ συνακολουθήσας κατῴκησεν ἐν Χαλκίδι κ. τ. λ.*

Schol. p. 193. ad Reip. X. 600. a. Θάλεω. Schol. *Θάλης* (l. *Θαλῆς*) *Ἐξαμίου Μιλήσιος κ. τ. λ.*

Infra: . . . ἀλλὰ καὶ ἄψυχα ψυχὴν ἔχειν ὁπωσοῦν ἐκ τῆς μαγνήτιδος καὶ τῆς ἠλέκτρας mutetur in τοῦ ἠλέκτρου. Illius formae idoneam nullam novi auctoritatem, niſi talem forte *Etymologicum Magnum* dicere velis, unde in *Schneideri* Lexicon fluxit (cf. additamenta ad II. edit. voc. ἤλεκτρον). Inſolentior ſaltem eſt et a ſueta ratione timidioris ſcholiaſtae aliena. Certe locus *Ariſtophanis* Equit. v. 532. „ἐκπιπτουσῶν τῶν ἠλέκτρων, καὶ τοῦ τόνου οὐκ ἔτ' ἐνόντος" huc non facit, quum genitivus hic vocis foemin. gen. a nominativo: ἡ ἤλεκτρος deducendus ſit, ut monuit *ſcholiaſta Ariſtophanis* ad l. c. expreſſis verbis: „αἱ ἀρχαῖαι, inquit, κλίναι τοὺς πόδας εἶχον ἐσφαλισμένους ἄνθραξι καὶ ἠλέκτροις, ὥσπερ νῦν ἀργύρῳ ἢ καττιτέρῳ· διόπερ βαρυτόνως ἀναγνωστέον ἀπὸ τοῦ αἱ ἤλεκτροι, τῶν ἠλέκτρων." Itaque in noſtro ſcholiaſtae Platonis loco ſcribere quidem poteris τῆς ἠλέκτρου, non item τῆς ἠλέκτρας. Sed forma vocis in neutro genere frequentior eſt. Habet τοῦ ἠλέκτρου Vet. lib. Mſ. Pariſ.

Schol. p. 194. ad Reip. X. 600. b. Πυθαγόρας. Leviusculum eſt, monendum tamen, ſub finem hujus ſcholii poſt verba: ἀπείχετο δὲ τῶν ἐμψύχων addere librum Mſ. Pariſ. καὶ κυάμων, quae quidem verba in textum admittenda eſſe puto.

Schol. p. 195. ad Reip. X. 600. c. Πρωταγόρας. Schol. Πρωταγόρας, Ἀρτέμωνος, Ἀβδηρίτης· οὗτος φορτοβαστάκτης ἦν· ἐντυχὼν δὲ Δημοκρίτῳ ἐφιλοσόφησε καὶ ἐπὶ ῥητορείας (corr. ῥητορείαν) ἔσχε, καὶ πρῶτος λόγους ἐριστικοὺς εὗρε κ. τ. λ. — Infra: ἐκαύθη δὲ (adde τὰ) τούτου βιβλία ὑπ' Ἀθηναίων. Articulus, quem exhibet cod. Mſ., in tali quidem conſtructione aegre deſideratur. Denique ſub finem ſcholii: ἔγραψε δὲ εἰς αὐτὸν ὁ Πλάτων διάλογον· πλέοντος δ' αὐτοῦ εἰς Σικελίαν ἐτελεύτησε ναυαγήσας κ. τ. λ. Verba, quae notavi, extant in cod. Mſ. videnturque textui inſerenda, quamvis deſunt in *Suida*, unde ſcholion maxi-

Digitized by Google

mam partem fluxit, nec memini me haec de Protagora alibi legere.

Schol. p. 196. ad Reip. X. 606. c. *Βωμολοχίας.* Sub finem ſcholii corrigatur, quod extitit typothetae errore, *βωμοκεύματα* in *βωμακεύματα*, cujus quidem ὀνόματος ῥηματικοῦ, ut vocant Grammatici, a *βωμακεύω* (ſubſt. *βῶμαξ*), verbo in ſcriptoribus, qui nobis reſtant, graecis hactenus non reperto, derivandi hanc unice formam agnoſcunt Lexicographi.

Schol. p. 198. ad Reip. X. 614. b. *Ἠρὸς τοῦ Ἀρμενίου.* Schol. *Ἤρ μέν ἐστιν ὁ τοῦ μύθου πατὴρ, Ἀρμενίου τοὔνομα υἱός· .... καὶ τούτῳ τὸν Ἀλκίνου ἀπόλογον ἐνταῦθα παρειλῆφθαί φαμεν, ἥ ἐστι τοῦ Ὀδυσσέως νεκύα, καὶ τὰ ἐν ᾅδου θεάματα, τῷ ψυχούλκῳ τῶν σφαγίων χρησαμένου αἵματι· ὅθεν καὶ εἰς παροιμίαν παρελήφθη τὸ τὸν περὶ τῶν ἐν ᾅδου τι λέγοντα λέγεσθαι „Ἀλκίνου λέγειν ἀπόλογον“· ἀντιπαρατείνεται οὖν τῷ μὲν ὁ Ἀλκίνος πρὸς εἰρήνην ὑπόκειται βλέπων καὶ τρυφήν· ἐνταῦθα δὲ γεννάδας τις ὁ Ἤρ ἱστόρηται κ. τ. λ.*

Mutilum eſſe hunc locum ſponte ſua patet. Neque enim dictionem *ἀντιπαρατείνεται οὖν* ſic abſolute poſitam ſine ulla facta utriusque oppoſitae rei commemoratione fert graeci ſermonis ratio; nec habet *τῷ μὲν* ad imperioſae grammaticae regulas quo poſſit referri; nec eſt denique inter *τῷ μὲν* et *ἐνταῦθα δὲ* juſta dictionis oppoſitio. Quid multa? integrum, qui excidit, *στίχον* reperi in Vet. lib. Mſ. Pariſ., quo quidem verſu in textum inſerto, ſeries verborum haec reſtituta exit: *ἀντιπαρατείνεται οὖν τῷ τοῦ Ἀλκίνου λόγῳ, ὑπὸ τοῦ Ὀδυσσέως ῥηθέντι, ὁ ὑπὸ τοῦ Ἠρὸς, πλὴν ἐκεῖ μὲν ὁ Ἀλκίνους πρὸς εἰρήνην ὑπόκειται βλέπων καὶ τρυφήν· ἐνταῦθα δὲ γεννάδας τις ὁ Ἤρ ἱστόρηται κ. τ. λ.* — Denique in ſequentibus ſub finem: *ὃ χωρισθείσης αὐτῷ τῆς ψυχῆς ἴδοι ἐν ᾅδου ἐπαγγέλλων δείματα*, corrigatur: *ἃ, χωρισθείσης αὐτῷ τῆς ψυχῆς, ἴδοι*

ϰ. τ. λ. ita ut ad δείματα pronomen relativum juſta ratione pertineat.

Atque haec quidem exempla ſufficiant ad demonſtrandum, Scholiaſtam Platonis, ut eſt in Ruhnkeniano exemplo, correctoris manu indigere, idque eo magis, quo verius poſſum affirmare, quod nunc quidem luculenta disputatione docere vetant hujus ſcriptionis anguſtiae, reliquam libri partem, inprimisque poſteriorem illam Scholia in Timaeum, Critiam, Minoem, libros de legibus, Epiſtolas et dialogorum ſpuriorum quosdam, continentem, minime eſſe a vitiis liberiorem. g)

Quod

---

g) Si pauca quaedam velis exempla, en tibi nonnulla e ſcholiis ad *Timaeum* et librorum *de legibus primum* perſunctorie lectis notata:

Ad Timaeum Schol. Ruhnken. p. 199. *primo verſu:* .. πρός τε Πολέμαρχον (adde: τὸν Κεφάλου, καὶ Γλαύκωνα) καὶ Ἀδίμαντον κ. τ. λ.

Ad Timaeum Schol. Ruhnken. pag. 200. in epigrammate a Scholiaſta citato:

Πολλῶν δ' ἀργυρίων ὀλίγην ἠλλάξατο βίβλον
ἔνθεν ἀφορμισθεὶς τιμαιογράφειν

adde ἐπεχείρει, quod quidem verbum ad ſententiam aeque ac ad verſum idoneum quidni adſcripſerit Ruhnkenii librarius, equidem non aſſequor, niſi quod fortaſſe legere non potuerit.

Ad Timaeum Schol. Ruhnken. p. 210.: Κριτίαν ἡμέτερον πάππον. Scholion ſic accuratius ſcribe:

Ἐξηκεστίδης
Σόλων — Δρωπίδης οὗ
Κριτίας ὁ πρῶτος
Κάλλαισχρος οὗ — Γλαύκων
Κριτίας ὁ δεύτερος — Περικτιόνη — Χαρμίδης
Πλάτων — Γλαύκων — Ἀδείμαντος

Ad Timaeum Schol. Ruhnken. pag. 202.: Ἀπατουρίων (ed. Steph. p. 21. b.) ſub finem Scholii .... ἡ δὲ γ' Κουρεῶτις· ἐν ταύτῃ γὰρ τοὺς κόρους (lege κούρους: ionicam autem formam ſuadet ipſa diei ſolennis appellatio Κουρεῶτις) ἐνέγραφον εἰς τοὺς Φρατέρας (l. φράτερας), τριετεῖς κ. τ. λ.

Ad Timaeum Schol. Ruhnken. p. 202.: Φρατέρων (ed. Steph. p. 21. b.) ſub finem Scholii .... οἱ εἰς τὴν αὐτὴν φυλὴν ταττόμενοι,

Quod vero *alterum* dixi conſtare editoris futuri officium, ut *augeat* Ruhnkenianam Scholiorum brevium collectionem, de eo reſtat ut moneam paucis:

Primum itaque ſponte intelligitur, conflandam eſſe utramque, quae typis vulgata eſt, collectionem, Ruhnke-

---

νοι, καὶ Φρατρίοι (lege ταττόμενοι καὶ Φρατρίαν) ὡς ἀλλήλων συγγενεῖς, καὶ εἰς τούτους τοὺς Φράτορας (l. Φράτερας) ἡ ἐγγραφὴ κ. τ. λ.

Ad Timaeum Schol. Ruhnken. p. 203.: Σαῒς (ed. Steph. p. 21. e.). Schol. ἢ ὅτι τὴν Σαῒν ἀκίνητον φησὶ κ. τ. λ. Quid, quaeſo, hoc ἢ initio periodi ſimpliciter narrantis nec alterum habentis ἢ, ad quod prius juſta ratione pertineat?

Orta eſt perverſa ſcriptura e non intellecto veteris librarii ſigno brevius ſcribendi σημειοῦ aut σημείωσαι. Eſt autem in Mſptis libris X. ſeculi fere hujusmodi ση (cf. omnino, quae ſupra notavi ad Schol. pag. 151. voc. Συβωτῶν).

Ad Timaeum Schol. Ruhnken. p. 203.: Κατακλυσμόν. Schol. Ὅτι τρεῖς .... ἐπὶ Ὠγύγος (l. Ὠγύγου) κ. τ. λ.

Ad Timaeum Schol. Ruhnken. p. 204.: Κατὰ τήνδε χώραν (ed. Steph. p. 22. e.). Schol. ..... ἐπανιέναι δὲ λέγει, οὐ τὸ κάτωθεν ἀμβλυσθαίνειν, ἀλλὰ τὸ ὕδωρ ἀλλαχόθεν αὐξόμενον ἀνωτέρω τῆς γῆς χωρεῖν, κ. τ. λ. Veriſſimum eſt, quod exhibet cod. Mſ. Pariſienſis, ἀναβλυσθαίνειν, ἀλλὰ τὸ τὸ ὕδωρ κ. τ. λ. ob quam vetuſtiſſimi libri lectionem tollendum opinor, quod ex hoc uno Scholiaſtae noſtri loco in Lexicon *Schneiderianum* fluxerat verbum ἀμβλυσθαίνω. (cf. *Schneideri Lex.* in verb. ἀμβλυσθαίνω et ἀναβλυσθαίνω.)

Ad I. de Legibus Schol. Ruhnk. p. 216. (ed. Steph. 625. b.) Τοῦ Διὸς ἄντρον. Schol. οὗ τὰ μέγιστα τῶν τοῦ Διὸς μυστηρίων καὶ τῶν Κουρήτων ἐνιερᾶσθαι ἐλέγετο. Quis demum doctorum hominum de verbo ἐνιερᾶσθαι audivit? Et ſi vel miram compoſitionem toleraveris, quod minime facies, ubinam eſt graece ſciens, qui *myſteria* ἱερᾶσθαι aut ἐνιερᾶσθαι graece dici poſſe credat?

Reſtitue, e quibus male lectis orta ſunt illa, καὶ τῶν Κουρητῶν ἐκεῖ δρᾶσθαι ἐλέγετο.

Ad I. de Legibus Schol. Ruhnk. p. 216. Ἄνοιαν δή μοι δοκεῖ (ed. Steph. 625. e.). Sub finem Scholii: Καὶ γὰρ ἡ ἀριστοκρατία τὴν εἰρήνην τέλος ποιουμένη, τὸν πόλεμον ὡς ἀναγκαῖον δι' αὐτὴν ἀναιρεῖται. Quamvis hoc non improbo, Xenophontis adeo auctoritate probatum, moneo tamen, me in antiquo libro Mſpto reperiſſe αἱρεῖται, quod Scholiaſtae noſtro aptius eſſe videretur.

Ad I. de Legibus Sch. Ruhnk. p. 217. Κτημάτων — ἐπιτηδευμάτων. Schol. ..... Τὸ δὲ τῶν ἐπιτηδευμάτων ταῖς κατὰ τὸν λόγον. Reſtituendum puto, quod ſuadet contextus, τῇ κατὰ τὸν λόγον.

Ad I. de Legibus Sch. Ruhnk. p. 217. Πότερον οὖν δή. Schol. ſub finem: ὁ τιθέμενος ὅρον εἶναι τῆς εὖ πολιτευομένης πόλεως τὸ πολεμεῖν καὶ νικᾷν τοὺς ἄλλους. Corr. τὰς ἄλλας, intell. πόλεις.

Digitized by Google

nianam et Siebenkeſianam; quod qua ratione fieri debeat, nunc quidem in hac ſuccincta ſcriptione non vacat exponere. Eſſe autem in *Siebenkeſii* b. libello, vitiis, quibus ſcatet, typographicis et aliis expulſis, quae mereantur in emendatiorem ſcholiorum editionem recipi, docti homines dudum viderunt. Praeter Siebenkeſianam collectionem duo ſunt reliqui fontes multo uberiores, *unus:* commentarii illi longiores graeci Theonis, Procli, Olympiodori, Damaſcii etc. *alter:* quae in codicibus Manuſcriptis Platonis opera continentibus reſtant, novis curis extricandae, annotationes marginales.

Quod commentarios illos longiores attinet, eſt quod magnopere doleamus, jacere eos adhuc in bibliothecis ſemiſepultos, ſive quod nondum prelo excuſi fuerint, ſive quod ſemel impreſſi in editionibus proſtent, quae propter caritatem et vitiorum multitudinem absterrere debuerint viros in Graecis literis diſcendis et colendis laudabiliter verſatos, quibus non licuit Mſptos libros adire. Ut eſt noſtri temporis ratio: in ea publica miſeria, quacum conflictamur, et tantum non univerſa Europae gentium anxietate et trepidatione, tenuiſſima quidem ſpes eſt, futurum, ut difficilem et ſumptuoſam provinciam, neglectam hactenus, audeat aliquis doctorum hominum, qui raro beati ſunt, noſtra aetate ſuſcipere. Scilicet ea furit, haud aliter ac ſi novus quidam Attila fato excitatus immineret gentibus, barbara et immanis tempeſtas, ut in habitatiunculam ſemet recipiat prudentior quisque, et panem, ſi habet, ſibi ſuisque reſervet ad generoſam vatis exhortationem ſurdus: „Panem tuum committe ponto, tempore interjecto de novo eum reperies." — Verum tamen ſi vel nullam foveamus ſpem, fore, ut noſtra aetate edantur integri, pulvere bibliothecarum excuſſo, illi commentarii, qui ad ipſam Platonis philoſophiam doctius intelligendam nonnihil faciunt, ad hujus autem philoſophiae hiſtoriam addiſcendam plurimum valent, modeſtius ſaltem votum poterit eventum habere.

Eſt autem hujusmodi: ut futurus breviorum Scholiorum editor commentarios illos, editos, ineditos, omnes excutiens ſuccincte quidem, ita, ut in tenebris haud raro ſpiſſis longiorum disquiſitionum metaphyſicarum, quas dicunt, dispellendis non multum olei et operae perderet, ſed inter legendum excerpat et ſcholiaſtae inſerat, quae ad rem ſuam pertinere judicaret.

Reſtat *alter* fons adeundus diligenter futuro Scholiaſtae Platonis editori; eſt autem is in annotationibus codicum Mſpt. marginalibus, quarum larga adhuc foret ſeges, ſi modo impiger quidam juvenis graece doctus et in Platone lectitando aſſiduus aliquot menſes in bibliothecis Pariſienſi, Vindobonenſi et Laurentiana degens huic uni poſſet vacare. In codicibus autem Mſptis excutiendis jam non ſufficeret attendere ad ſcholia, qualia ſunt in Ruhnkeniano exemplo longe plurima, *philologica* aut *hiſtorica.* Ita autem dico annotationes ad grammaticas linguae rationes et *dictionis formam*, ad fabulas et perſonas Platoni citatas et uſurpatas, omninóque ad *formam eloquendi* magis quam ad ipſam rem aut materiam, h. e. ipſa Platonis placita, ſententiarum conſecutionem probandique vim pertinentes. Alterius autem hujus generis ſcholia, neglecta hactenus, minime ſunt ſpernenda. Nam etſi leves hae notationes, ab umbraticis hominibus plerumque profectae, potius anguſtias ſcholae redoleant quam liberas ſpirent patentis Academiae auras; neque adeo multum ſuffundant lucis divinioribus Platonicae philoſophiae placitis: nihilo tamen ſecius poſſunt egregie inſervire illi hiſtoriae philoſophiae parti illuſtrandae, quae agit de modo ac ratione, qua fuerit Plato lectus et intellectus in Neoplatonicorum, qui dicuntur, ſcholis. Immo ſcriptorum Platonis argumenta, disputationis tenorem et tranſitus, rationum adhibitarum vim et conſecutionem quo modo intellexerint priſci homines, hodie nosmet legentes haud ſine fructu admonent.

Talium, quales dico, ad rem et materiam aut diſputationis argumenta pertinentium ſcholiorum pauca nunc quaedam afferam ex adverſariis meis exempla.

In fronte libri octavi de Republica diſputationis argumentum ſic breviter indicavit Scholiaſta in codice Mſpto Pariſienſi vetuſtiſſimo 1807:

Τάδε ἔνεστιν ἐν τῷ ὀγδόῳ τῆς πολιτείας·

α. διὰ τίνας αἰτίας ὑπὸ τίνων αἱ πολιτεῖαι εἰς ἀλλήλας μεταβάλλουσιν.

β. περὶ τῆς φθορᾶς τῶν ἐπὶ γῆς ζώων αἰνίττεται, οὗ ἀρχή· Θείῳ μὲν γενητῷ περίοδος, ἣν ἀεὶ Θεὸς προςλαμβάνει.

γ. ὅτι μεταξὺ λύπης καὶ χαρᾶς διάθεσιν ἡδονὴν πολλοὶ καλοῦσι κατ' αὐτὴν τὴν ἀλυπίαν. ἀνατρέχει μετὰ τὴν παρέκβασιν ἐπὶ τὰς ἡμαρτημένας πόλεις· εἴρηκε δ' ὅτι μία μέν ἐστιν ἀρίστη ἀριστοκρατία, δ' δὲ φαῦλαι· τιμαρχία, ὀλιγαρχία, δημοκρατία, τυραννίς· ὥστε καὶ ἀνθρώπων πέντε κατασκευαὶ ἠθῶν· ἐντεῦθεν γὰρ καὶ αἱ πόλεις ἐφελκυσάμεναι εἰσεδύσαντο· αἱ δ' ἄλλαι πολιτεῖαι αἵτινες καὶ εἰσὶ δυναστεῖαι καὶ ὠνηταὶ, μεταξὺ τούτων εἰσί.

Ad librum VII. de *Republica pag.* 527. *a. ed. Stephan.* ὡς γὰρ πράττοντές τε κ. τ. λ. annotavit Scholiaſta (cod. Mſ. Par. 1807.): *Ὅτι τὸ χρήσιμον τῆς γεωμετρίας οὐ πράξεως ἕνεκα, ἀλλὰ γνώσεως, καὶ ταύτης οὐ τῶν αἰσθητῶν, ἀλλὰ τῶν ἀεὶ ὄντων καὶ αὐτῆς τῆς τ' ἀγαθοῦ ἰδέας.*

Ad libr. VI. de Republ. p. 485. a. Τοῦτο μὲν δὴ τῶν φιλοσόφων φύσεως περὶ κ. τ. λ. Vetus eſt ſcholion cod. Pariſ. 1807.:

Τὰ γνωρίσματα τῆς φιλοσόφου φύσεως·

α'. εἰ μαθήματός ἐστιν ἐραστὴς τῆς ἀεὶ οὔσης οὐσίας·

β'. εἰ πάσης ταύτης καὶ οὐ μέρους αὐτῆς·

γ'. εἰ φιλαλήθης καὶ ἀψευδής·

δ'. εἰ πρὸς μόνα τὰ μαθήματα καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἡδονὴν ἐπιθυμητικῶς ἔχοι·

Digitized by Google

ε΄. εἰ μεγαλοπρεπὴς τὴν διάνοιαν καὶ θεωρητικὸς παντὸς χρόνου καὶ πάσης οὐσίας·

ς΄. εἰ δίκαιος τὴν ψυχὴν καὶ ἥμερος·

ζ΄. εἰ εὐμαθής·

η΄. εἰ μνημονικός·

θ΄. εἰ ἔμμετρος καὶ εὔχαρις.

Hujus generis ſcholiorum multa ſunt in cod. Pariſ. 1811, ſed ita paſſim ſitu et litura mutilata, ut difficultatem mihi in legendo creaverint in aliquot locis haud vincendam. En tibi quaedam ſpecimina:

Ad Gorgiam p. 449. e. ed. H. Steph. Ποίους τούτους ὦ Γοργία κ. τ. λ. Schol. Ἄρχεται αὖθις ἕτερον τρόπον τὸν ἔλεγχον· πρῶτον μὲν γὰρ ἔδειξεν, ὅτι οὐ καλῶς ἂν λέγοιτο περὶ λόγους, νῦν δὲ δείξει, ὅτι τοῦτον τὸν τρόπον πλεῖσται καὶ ἄλλαι (adſcripſit ipſa antiqua manus μᾶλλον ἅπασαι) λέγοιντο ἂν περὶ λόγους, ὧν ἑκάστην δεήσει εἶναι ῥητορικήν· πάλιν δὲ ἀπὸ τοῦ ὁμοίου καὶ τοῦτο ἐξ ἐπαγωγῆς.

Ad Gorgiam p. 460. b. Τί οὖν; ὁ τὰ τεκτονικὰ μεμαθηκὼς κ. τ. λ. Schol. Ὅτι ἑαυτῷ περιπίπτει Γοργίας, ποτὲ μὲν λέγων τὴν ῥητορικὴν περὶ τὸ δίκαιον καὶ ὅτι δεῖ τὸν ῥήτορα ἐπιστήμονα εἶναι τοῦ δικαίου ἐξ ἀνάγκης, ποτὲ δὲ, ὅτι ἐὰν ὁ ῥητορικὸς ἀδικῇ, μὴ αἴτιον εἶναι τὸν διδάξαντα, καὶ πρῶτον ἀπὸ τῶν ὡμολογημένων ὅτι ὁ ῥητορικὸς οὐκ ἄν ποτε ἀδικοίη.

Ad Gorgiam p. 495. d. Φέρε δὴ ὅπως μεμνησόμεθα ταῦτα κ. τ. λ. Schol.



Πρῶτον ἐπιχείρημα, ὅτι οὐ ταυτὸν ἡδὺ καὶ ἀγαθὸν, οὐδ᾽ αὖ ἀνία καὶ κακὸν, οὕτως τὸ ἀγαθὸν ἔχειν ἔστιν εὖ

πράττειν ὡσαύτως καὶ τὸ κακῶν ἔχειν, κακῶς πράττειν κατ' ἐκεῖνο· καὶ ἔστιν εὖ πράττειν καὶ κακῶς πράττειν, ἐναντία πάθη πεπονθέναι ὥσπερ νοσεῖν καὶ ὑγιαίνειν, ἢ ἰσχυρὸν εἶναι καὶ ἀσθενῆ, ἢ εὐδαίμονα εἶναι καὶ ἄθλιον, καθόλου ἢ ἐν μέρει. Τὰ δὲ τοιαῦτα ἀδύνατον ἅμα παρεῖναί τινι, ἢ ἅμα ἀμφοτέρων ἀπαλλάττεσθαι, ἀλλ' ἐν μέρει ἔχειν τὸ ἕτερον καὶ τοῦ ἑτέρου ἀπαλλάττεσθαι ἐν μέρει· καὶ ἁπλῶς τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ κακὰ οὕτως ἔχει· ἡ δὲ ἡδονὴ ἅμα τῇ ἀνίᾳ γίνεται, καὶ ἀδύνατον ἥδεσθαί τινὰ διὰ πλήρωσιν, μὴ δι' ἔνδειαν ἀνιώμενον ὡς ἔχει ἐπὶ τῆς τροφῆς καὶ πόσεως, καὶ ἅμα δὲ ἄμφω παύονται· παυσαμένης γὰρ τῆς διὰ τὴν δίψαν ἀνίας, παύεται αὐτίκα ἡ ἀπὸ τοῦ πίνειν ἡδονή· καὶ κεφάλαιον συμπέρασμα τοῦ λόγου, ὅτι τὰ μὲν ἀγαθὰ καὶ κακὰ ἅμα παρεῖναι ἀδύνατον, καὶ ἅμα τούτων ἀπαλλάττεσθαι ἀδύνατον: τῆς δὲ ἡδονῆς καὶ λύπης ἅμα τε ἀπαλλαττόμεθα καὶ ἅμα πάρεισιν: οὐκ ἄρα ταυτὸν ἡδονὴ καὶ ἀγαθὸν, οὐδὲ ἀνία καὶ κακὸν, οὐδὲ χαίρειν καὶ εὖ πράττειν, οὐδὲ ἀνιᾶσθαι καὶ κακῶς πράττειν.

Ad Gorgiam p. 497. d. **Τοὺς ἀγαθοὺς οὐχὶ ἀγαθῶν παρουσίᾳ ἀγαθοὺς καλεῖς;** κ. τ. λ. Schol: *Δεύτερον ἐπιχείρημα ὅτι οὐ ταυτὸν ἡδὺ καὶ ἀγαθὸν, οὐδὲ ἀνιαρὸν καὶ κακόν· ὅτι τὸ ἀγαθὸν οἷς ἂν παρῇ ἀγαθοὺς ποιῇ καὶ τὸ κακὸν κακούς· ἐπεὶ καὶ ἀγαθοὶ παρουσίᾳ ἀγαθῶν λέγονται, ὥσπερ καλοὶ κάλλους παρουσίᾳ· ἀλλὰ μὲν τὸ χαίρειν καὶ ἡ ἡδονὴ πάρεστι καὶ τοῖς ἀνοήτοις καὶ δειλοῖς, καὶ μᾶλλον ἴσως ἐνίοτε ἢ τοῖς φρονίμοις καὶ ἀνδρείοις· καὶ ἔδει τούτους ἀγαθοὺς εἶναι τῇ τοῦ ἀγαθοῦ παρουσίᾳ, εἴπερ τὸ ἀγαθόν ἐστιν ἡ ἡδονή· καὶ μᾶλλον εἶναι τοὺς δειλοὺς καὶ τοὺς ἀνοήτους ἀγαθοὺς καὶ* (l. ἢ) *τοὺς φρονίμους καὶ ἀνδρείους· ὡμολόγηται δὲ μικρῷ πρότερον τοὺς μὲν δειλοὺς καὶ ἀνοήτους εἶναι κακοὺς, τοὺς δὲ φρονίμους καὶ ἀνδρείους ἀγαθοὺς, ὥστε μᾶλλον εἰσὶν ἀγαθοὶ οἱ κακοὶ ἢ ἀγαθοὶ, ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ἀγαθοὶ εἰσὶ κακοὶ, λυπούμενοι· καὶ εἰ μὲν ἐπίσης λυποῖντο, ἐπίσης κακοὶ, εἰ δὲ μᾶλλον τῶν κακῶν λυποῖντο, μᾶλλον ἢ οἱ κακοὶ, κακοὶ οἱ ἀγαθοί.*

Digitized by Google

Ad Gorgiam p. 514. a. Εἰ οὖν παρεκαλοῦμεν ἀλλήλους κ. τ. λ. Schol. Ὅτι ἐπειδὴ τοῦτο χρὴ πράττειν τὸν πολιτικὸν, ὅπως ὡς βέλτιστοι οἱ πολῖται εἶεν, καὶ τοῦτο ἀνωμολόγηται, πότερον χρὴ δημοσιεύειν πρὶν ἀπόπειραν ἔχειν ἑαυτοῦ ἐν ἄλλοις περὶ τούτου ποιήσασθαι εἰ δύναιτο βελτίω ὁντινοῦν ποιεῖν, ἢ εἴποτε τινὰ πρότερον βελτίω πεποίηκεν, ἢ δεῖ πρότερον ἐν τοῖς ἰδίοις καὶ κατὰ μέρος τοῦτο σκεψάμενον, οὕτω ἐπὶ τὰ δημόσια κοινὰ χωρεῖν· καὶ τοῦτο ἀπὸ παραδειγμάτων λαμβάνει, ἰατρὸν εἰσάγων καὶ οἰκοδόμον.

Porro in cod. Mſpto Pariſ. no. 1812, cetera mediocri libro et vitiis ſcatente, tales annotationes haud deſunt. Exempla nonnulla tecum communicabo, lecta ea quidem e ſcholiis in Parmenidem, cum quod ad hunc omnium difficillimum libellum pauca admodum et tenuia habeat ſcholia collectio Ruhnkeniana, tum quod appareat e notationibus illis marginalibus, auctorem earum commentarios majores, qui adhuc latent in bibliothecis inediti, Procli et Damaſcii in Parmenidem diligenter lectitaſſe:

Ad Parmenid. p. 135. a. Καὶ ὁριεῖταί τις αὐτό τι ἕκαστον εἶδος. Sch. Πρόκλου· Τὸ αὐτὸ ἕκαστον εἴρηται πολλάκις ὡς τὴν ἁπλότητα καὶ τὴν ἀϋλίαν ἐνδείκνυται καὶ τὴν καθαρότητα τῶν ἰδεῶν· αὐτὸ γάρ ἐστιν ἕκαστον τὸ ἑαυτοῦ καὶ μὴ ἄλλο ὂν μὴ δὲ ἀλλοτρίως τοῦτο ὃ καλεῖται προσονομαζόμενον.

Ad Parmen. p. 135. e. Οὐδὲ περὶ ταῦτα τὴν πλάνην ἐπισκοπεῖν. Schol. Πρόκλου· ἔοικεν ἡ πλάνη Δ δηλοῦν· ἢ πλῆθος ἐνεργειῶν, κἂν ὁμοῦ πᾶσαι ὦσιν· ἢ πλῆθος μεταβατικόν· ἢ πλῆθος ἀπὸ τῶν ἀντικειμένων εἰς τὰ ἀντικείμενα χωροῦν· ἢ πλῆθος ἀτάκτων κινήσεων. Τούτων δὲ τεττάρων ὄντων, ἡ διαλεκτικὴ λέγεται γυμνασία πλάνη κατὰ τὸ τρίτον, ὁδεύουσα διὰ τῶν ἀντικειμένων ὑποθέσεων.

Ad Parmenid. p. 139. d. Ἀλλ' εἰ τὸ ἓν καὶ τὸ ταυτὸν μηδαμῇ διαφέρει. Schol. Ἀποσκευά-

Digitized by Google

ζεται ὅτι οὐκ ἔστιν ἀντιστρέφον πρὸς τὸ ταυτὸν τὸ ἕν· τὸ ἓν ἄρα ταυτὸν ἑαυτῷ ὂν ὡς μετέχον ταυτότητος.
ἔστι δὲ δι᾽ ἀδυνάτου ὁ συλλογισμός· ὁ δὲ σύμπας λόγος κατὰ Πρόκλον τοιοῦτός ἐστι: Πᾶν τὸ ταυτὸν τισὶν ὂν, ἢ μετέχει ταυτότητος ἢ αὐτοταυτόν ἐστι. Τὸ δὲ ἓν οὔτε μετέχει ταυτότητος ὡς ἄλλης οὔσης, ἵνα μὴ μετέχον ἄλλου του παρὰ τὸ ἓν, ᾖ οὐχ ἕν, οὔτε ἔστιν αὐτοταυτότης· οὐ γὰρ οἷς ὑπάρχει ταυτότης τούτοις καὶ τὸ ἕν. Τὰ γὰρ πολλὰ τοῖς πολλοῖς ταυτὰ εἶναι δυνατὰ, ἓν δὲ εἶναι οὐ δυνατὸν, ἕως ἂν ᾖ πολλά· οὐκ ἄρα τὸ ἓν ταυτότης οὔτε ὡς μετέχον ταυτότητος εἶναι δυνάμενον ταυτόν.

Ad Parmenid. p. 142. b. Ὅρα δὴ ἐξ ἀρχῆς κ. τ. λ. Sch. ἡ δευτέρα ὑπόθεσις ἄνωθεν ἀπὸ τῆς ἄκρας ἑνώσεως τῶν νοητῶν ἀρξαμένη καὶ παραδιδοῦσα τὴν τῶν γένεσίν τε καὶ πρόοδον, πρόεισι μέχρι τῆς ἐκθεουμένης οὐσίας διαιρουμένη εἰς ὅλας τὰς τοῦ ἑνὸς ὄντος προόδους.

Ad Parmenid. p. 157. b. ἕν, εἰ ἔστιν, ἆρα οὐ σκεπτέον. Sch. ἀρχὴ τῆς δ' ὑποθέσεως κατὰ Δαμάσκιον. *Ad pag. 159. b.* οὐκοῦν εἰ ταῦτα μὲν ἤδη ἐῶμεν κ. τ. λ. Schol. ἀρχὴ τῆς ε' ὑποθέσεως κατὰ Δαμάσκιον — et *ad p. 160. d.* ὧδε ἄρα λεκτέον ἐξ ἀρχῆς. Schol. ἀρχὴ τῆς ϛ' ὑποθέσεως κατὰ Δαμάσκιον.

Leviuſcula haec ſunt, attamen ſatis in rem praeſentem idonea; et vereor, Vir eximie, ne, niſi finem faciam, garrulitatis tibi meae pertaeſo in mentem veniat, quod eſt in proverbio: τὸ δι᾽ ὀλίγων γιγνόμενον, μάτην διὰ πολλῶν. — Itaque vale, mi Wormi, meque, quod facis, amare perge.

Scribebam Lutetiae Pariſiorum Idibus Mart. anni 1809.

Digitized by Google

XI.

FRID. AUG. WOLFIO
MAGISTRO SUMME VENERANDO
S. P. D.
EDITOR.

Cum ante hos octo annos Societas litteraria Pariſienſis quaeſtionem de *Georgii Syncelli fontibus et auctoritate* proponeret, forſan cum pluribus viris doctis hanc quaeſtionem celebritate talis ſocietatis haud dignam eſſe cenſuiſſem, niſi praelectionibus tuis monitus, in rebus hiſtoricis ubivis accuratiſſimam chronologiam quaerendam eſſe, in hiſtoria antiqua perveſtiganda mox ad *Georgii Chronographiam* ductus fuiſſem, in qua fere unica *Beroſi*, *Manethonis*, *Caſtoris*, *Julii Africani*, *Euſebii* (ut aliorum auctorum fragmenta taceam) Chronologica conſervata ſunt. Conſtat enim, Chronicon Euſebii, quod *Joſephus Scaliger* edidit, ab editore e fragmentis, quae apud Georgios, Syncellum inprimis ac Cedrenum, occurrunt, ad latinam verſionem *B. Hieronymi* confectum eſſe. Librum nulla quidem compoſitionis virtute commendatum perlegere haud jucundum eſſe laborem ingenue profiteor, praeſertim cum textus, quem *Goarus* nobis dedit, vitiis ſcateat tam ſpiſſis, ut, antequam ad legendum accedas, textum ipſe tibi conſtituere neceſſe habeas. Si tu quidem ad tales ſcriptores ſtudium converteres, ſagacitas tua critica facillime vulnera detegeret ac ſanaret: ego quoque nonnulla tentaveram, cum in bibliotheca Pariſienſi praeter codicem Mſ. *Georgii* no.

Digitized by Google

1711 (antea 713 ac 2217), quo uſi ſunt Joſephus Scaliger et editor Jac. Goarus atque alii, alter codex graecus no. 1764, doctis fere omnibus hactenus ignotus, oblatus eſſet, qui initio quidem et fine, aliquot quoque paſſim in corpore foliis mutilus, Georgii Chronographiam a pag. 51. lin. 27. edit. Pariſ. usque ad pag. 341. lin. 39. continebat, cujusque varietas lectionis a diligenti quodam Georgii lectore exemplari edit. Pariſ., quod in bibliotheca Caeſarienſi conſervatur, adſcripta non ſolum ſingula verba ac numeros correctos offert, verum etiam lacunas alterius codicis ſupplet. His adjumentis excitatus, utrumque codicem ad manum ſumtum cum editione conferre et varietatem lectionis excerpere incepi. Quum vero collationem illam modo dictam usque ad res minimas quam accuratiſſime factam eſſe inveniſſem, codices quidem non remiſi, multis in locis ipſos inſpexi, nusquam vero negligentia aut errore collatoris animadverſa maxima ex parte ejus excerpta tantum deſcripſi: quibus adjutus textum Georgii nunc magis correctum ac completum dare poſſem. Opus vero tantae amplitudinis, ut patronum inveniat, qui in publicum producere velit, viri fama ac meritis per orbem litterarium celebrati auctoritatem deſiderat, qui et librum et editorem commendet. *Tibi* igitur, Magiſter ſumme venerande, cujus doctrina ac conſilio primum in rectam ſtudii antiquitatis viam deductus ſum, emendationum textus Georgiani ſpecimina quaedam proponam, et Goari errores nonnullos correcturus, et lectionum codicis no. 1764 (B) exempla quaedam daturus, quo melius ſtatuas, num tota Georgii Chronographia de novo typis exprimenda ſit. Te enim ſusceptum approbante, nullus dubito, quin opus patronum ac fautores inventurum ſit.

A pag. 1. ad pag. 52., uti jam dictum eſt, *Chronographia Georgii* tantummodo in cod. no. 1711 (A) exſtat, in quibus imperitiae Goari in codicibus graecis Mſs.

legendis ſenſuque ſcriptoris intelligendo exempla nonnulla ex innumeris eligamus.

Ipſa prima Chronici verba prava interpunctione laborant; ſic enim verba conjungenda ſunt: *ἀρχὴ πάσης χρονικῆς κινήσεως . . ἐστιν, ἐν ᾗ ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ . . παρήχθη, ἡ ἁγία πρωτόκτιστος ἡμέρα κ. τ. λ.* Principium creationis eſt, quo coelum et terra a Deo ex nihilo producta ſunt, ſanctus dies primus menſis Niſan etc.

Pag. 2, A. interpunctio et verſio latina unam propoſitionem *Περὶ οὗ* (quae verba puncto a praecedentibus ſejungenda ſunt) . . *πατήσας τὸν θάνατον*, male in tres dividunt, et verſio procul a veritate diſcedit. Senſus loci eſt: „Hanc rationem annos mundi computandi maxime reſpiciens ſumma cum diligentia hoc Chronicon componere ſtudui, praeſertim quum plerique hiſtorici mecum non conſentiant, probaturus *et* (*ὅτι τε*) Chriſtum A. M. 5500 natum eſſe, *et* (*καὶ ὅτι*) A. M. 5534 eum a mortuis reſurrexiſſe."

Pag. 2, D. *Goarus: εἰ γὰρ μὴ τοῦτο δῶμεν, ἔσται μὲν ἄλλη τις ἀρχὴ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς κατὰ τὸν χρόνον πρεσβυτέρα; ἄλλην ἑτέρα καθ' ἣν κ. τ. λ.*) In cod. abeſt *τῆς*, et clare ſcriptum habes: *καὶ ἄλλη νεωτέρα.*

Pag. 3, A. Goarus: *δι' ἣν ἡ νυχθ.* — Cod. *δι' ἣν καὶ ἡ τῶν νυχθ.*

ἡμῖν ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ. — Cod. *ἡμῖν τοῖς ἐν γ.*

D. *ἐγένετο στερέωμα.* — Cod. *ἐγένετο τὸ στερ.*

Locum pag. 5, D. et pag. 6, A. B. corruptum eſſe apparet, neque codex opem fert. Gloſſatoris manum, quam multis in locis videre mihi videor, hunc quoque ex parte corrupiſſe arbitror. Lego: *Διὰ τοῦτο προσέταξεν ὁ θεὸς διὰ Μωϋσέως ἐν τῷ Λευιτικῷ,* [a]) *ἐπὶ μὲν ἀῤῥενογο-*

---

a) Inſeritur: *ἤτοι διὰ τὰς μετὰ τὴν πλάσιν τοῦ χωρισμοῦ αὐτῶν ἡμέρας ἐκ τοῦ παραδείσου.*

Digitized by Google

νίας ἀκάθαρτον αὐτὴν εἶναι ἐπὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας [b]), ἐπειδὰν καὶ Ἀδὰμ τῇ τεσσαρακοστῇ ἡμέρᾳ τῆς πλάσεως αὐτοῦ εἰσήχθη ἐν τῷ παραδείσῳ, οὗ χάριν καὶ τὰ γεννώμενα τῇ τεσσαρακοστῇ ἡμέρᾳ εἰσφέρουσιν ἐν τῷ ἱερῷ κατὰ τὸν νόμον· ἐπὶ δὲ θήλεως ἀκάθαρτον εἶναι αὐτὴν ἐπὶ ἡμέρας ὀγδοήκοντα, διά τε τὴν ἐν τῷ παραδείσῳ αὐτῆς εἴσοδον τῇ ὀγδοηκοστῇ ἡμέρᾳ, καὶ διὰ τὸ ἀκάθαρτον τοῦ θήλεως πρὸς τὸ ἄρσεν. ἄφεδρος [c]) γὰρ πάλιν οὖσα οὐκ εἰσέρχεται ἕως ἑπτὰ ἡμέρας ἐν τῷ ἱερῷ, κατὰ τὸν θεῖον νόμον. — Ταῦτα ἐκ τοῦ βίου λεγομένου Ἀδὰμ φιλομαθίας χάριν ἐν συντόμῳ ἐστοιχείωσα, ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς πλάσεως τοῦ Ἀδὰμ ἀπ᾽ αὐτοῦ τὰ πραχθέντα· ἐφεξῆς δὲ καὶ τὰ λοιπὰ στοιχειωθήσεται. [d])

Pag. 7, A. *Πρῶτος* ſine ſubſtantivo in edit. eſt; in codice: *Μὴν πρῶτος*.

Pag. 8, B. Goar. *περὶ τῆς . . ἐν χρήσει περιττῆς διαφορᾶς τῶν μηνῶν*; in verſione *περιττῆς* omiſſum eſt. Codex: *τριττῆς διαφ.*, de *triplici* differentia.

Pag. 9, A. Codex: *τὴν Καϊν καρποφορίαν θυσίαν καλεῖ ἡ γραφή.* Vocem *θυσίαν* G. omiſit.

B. a. Codex haec habet, quae a Goaro neglecta ſunt. Uxor Cain peperit *τὸν Ἐνώχ. καὶ ἦν οἰκοδομῶν πόλιν, καὶ ἐπωνόμασεν τὴν πόλιν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἐνώχ. ἐγεννήθη δὲ τῷ Ἐν.*

Pag. 10, C. Codex: *τῷ υλε´* (G. *υλ´*) *ἔτει ἐγεννήθη τῷ Σὴθ ὁ Ἐνώς. Οὗτος . . ἐγέννησε τὸν Καϊνᾶν τῷ χκε´ ἔτει. Ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως γενν.* — Goar. interpungit

---

b) Inſéritur: *ἐπὶ δὲ θηλυτοκίας ἕως ἡμερῶν π´.*

c) Goarus *ἀφαιδρῶς*; in marg. *ἄφεδρος*.

d) Goar. *ταῦτα . . ἐστοιχειώσαμεν.* — *Τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς πλ. τοῦ Ἀδ. ἐπ᾽ αὐτῷ τὰ πραχθέντα, ἐφ᾽ ἑξῆς δὲ τὰ λ. στοιχ.* Goarus poſt *πραχθέντα* inſerere vult *δεδήλωται*; noſtra conjectura Georgii uſu de ſe ſingulari forma ſemper fere loquentis defenditur: pag. 2, A.: *μοὶ πᾶσα σπουδὴ γέγονε*; pag. 3, B.: *πηξάμενος . . λιπαρῶ Θεὸν συνεργῆσαί μοι*; pag. 5, A.: *προήχθην*; et hac ipſa pag. B.: *λαβὼν σπουδάσω ποιῆσαι.* Quamobrem et pag. 4, B. verba: *ᾧ καὶ ἡμεῖς πειθόμεθα*, non Georgii, ſed gloſſatoris eſſe cenſeo. *Καὶ* ante *τὰ λοιπὰ* e codice addidi.

Digitized by Google

poſt *Καϊνᾶν*, et conjungit inepte *Τῷ χκέ ἔτει* cum ſequentibus. — Paulo poſt neglexit *καὶ*, quod in cod. eſt: *οὕτω δὲ καὶ ὁ σωτήρ*.

Pag. 13, A. Codex: *μετὰ δὲ ταῦτα ἤρξαντο οἱ γίγ.* Goar. *ταῦτα* omiſit.

B. Cod. *ἀνομίαν γενομένην ἐπ' αὐτῆς.* Ultima verba G. non dedit.

πρὸς τὸν ὕψιστον. Cod.

καὶ ὁ θρόνος τῆς δόξ. Cod. — Goarus utroque loco articulum neglexit, uti

Pag. 14, A. *τοῦτο οὖν ἔφασαν αἱ ἀρχαῖαι.* — Neglexit paulo poſt *πάντα τὰ τῆς φύσ. ἔργα.* — Abbreviationes vocularum *καὶ* et *δὲ* commutans, edidit: *ἔνθεν δὲ ἡ τέχνη Χημεία καλ.* pro *καὶ*, quod in cod. eſt.

B. Goar. *δι' οὗ καὶ ἐφθάρη ἡ γῆ.* — Cod. *δι' οὓς.*

C. Goar. *καὶ ζώων τινῶν . . θανέντων*; in marg. *θαλλόντων.* Lege: *φανέντων.*

D. *τὸ γὰρ τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκουμένην κ. τ. λ.* Hunc locum Goarus prorſus non intellexit, *τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκουμένην* (Europam) opponens illi (inſerit *ἐκείνης*) regioni Babyloniorum et Aegyptiorum. *Τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκουμένην* totum terrarum orbem ſignificare, diſcipuli noſtri non ignorant. Hunc totum terrarum orbem, Oceani circulo circumdatum (aut, ſecundum Coſmam Indicopleuſten, hanc terram quadrangulatam, quadrangulato Oceano circumfuſam) ante diluvium non habitatum fuiſſe, vulgaris erat patrum Eccleſiae opinio: ultra Oceanum vero aliam eſſe terram, qua Oceani aquae circumcluderentur; in hac terra, noſtro terrarum orbe altiori, homines ante diluvium habitaſſe; in diluvio autem ab illa altiori terra in noſtram humiliorem transnataſſe. Conf. Montefalconii praefationem ad Coſmae Indicopleuſtae Topographiam cap. II. §. 4., et Coſmam ipſum lib. II. p. 131.

Pag. 15, D. Goar.: *εἰ δέ τις οὐκ ἀρκεῖται, τοῖς προστεθεῖσι τελείως πειθέσθω, δι' ὧν.* — Codex:

Digitized by Google

εἰ δέ τις οὐκ ἀρκεῖται τοῖς προτεθεῖσι, τελείως πειθέσθω δι' ὧν κ. τ. λ.

Pag. 16, A.: ἡ ἀρχὴ τῆς τῶν Βαβ. βασιλείας. Goar. τῆς omiſit. — Paulo poſt ἢ et καὶ commutavit: ἱστορίαν Χαλδαϊκὴν ἢ Αἰγυπτ. Sic in codice.

C. Goar.: καὶ ἀπὸ τότε, φασὶν, χρόνους. Lege: ἀπὸ τοῦτε — χρόνου.

D. In textu: Δύο κύκλους . . ἐπληρώθη. Ad marginem: Δύο κύκλοι . . ἐπληρώθησαν. Legendum eſt: Ὁ δεύτερος κύκλος . . ἐπληρώθη.

Pag. 18, C. D. Hunc locum, in codice non ſine mendis ſcriptum, Goarus non ſolum non emendavit, ſed novis vitiis magis depravavit. Goarus facit Beroſum dicentem, ſeptem Deos Aegyptiis imperaſſe per annos 1985, ͵α ϡ) πε', quorum primus 9000 annos regnaverit. Sed reſtituendum eſt e pag. 41, B.: α' ͵α ϡ) πε', i. e. 11985. — Pro σελήνην leg. cum Mſ. σεληνίων. — Dein eſt in cod. συνῆξαν ἔτη ͵ψκζ◡δ', i. e. ἑπτακόσια εἴκοσι ἑπτὰ καὶ ἥμισυ καὶ τεταρτημόριον ($727\frac{3}{4}$), quod calculus poſtulat. Goarus autem ſcribit: ἑπτακόσια εἴκοσι τέσσαρα καὶ ἥμισυ καὶ τέσσαρας ἡμέρας.

Sic et pag. 19, A. ἥμισυ καὶ τεταρτημόριον corrigendum eſt, ubi G. τέσσαρας ἡμέρας dedit. — Neque Sol Vulcani filius regnavit ἔτη πς' (86), ſed π' ς', h. e. ὀγδοήκοντα καὶ ἑκτημόριον, $80\frac{1}{6}$. — Neque Agathodaemon ann. 56 cum medio et 10 diebus, ſed ἔτη νς'◡ιβ', i. e. πεντήκοντα ἓξ καὶ ἥμισυ καὶ δωδεκατημόριον, $56\frac{7}{12}$.

Pag. 20, A. καὶ διὰ τὸ τῆς φύσεως ἀνόμοιον. G. τὸ omiſit. — τούτους τῶν περὶ μαγείας καὶ γοητείας, ἔτι δὲ ἀριθμῶν, κινήσεως τῶν μετεώρων ταῖς γυναιξὶ τὴν γνῶσιν παραδεδωκέναι, ἀφ' ὧν ἐποιήσαντο παῖδας τοὺς γίγαντας. Goarus: τούτους τοὺς περὶ μαγ. καὶ γ., ἔτει δὲ ἀριθμῶν κινήσεως, τῶν μετ. . . ., ἀφ' ὧν ἐποίησαν τοὺς παῖδας τ. γ.

Digitized by Google

B. Goarus: *οἷς καὶ ὁ Ἀφρικανὸς ἀκολουθήσας.* — *Τῷ διςχ. . . ἐστοιχείωσεν.* Nemo non videt, puncto poſt *ἀκολουθήσας* deleto, hoc verbum cum *ἐστοιχείωσεν* conjungendum eſſe.

C. Lacunam, quam Goarus numero *ἔτη ιδ'* ſuppletam eſſe credidit, ſupplet margo codicis, quo et G. uſus eſt: *Ὁ δὲ Εὐσέβιος περὶ τοῦ Μαθουσάλα φησὶν, ὅτι τοῦτον ὑπερβῆναι τὸν κατακλυσμὸν ὁ τῆς ζωῆς αὐτοῦ ἀριθμὸς παρίστησιν. εἴδομεν δέ τινα τῶν ἀντιγράφων ἔχειν· ἐπέζησεν δὲ ἔτη ψπβ'. κατὰ τόνδε τρόπον οὐκ εἶδε τὸν κατακλυσμόν. Καὶ ταῦτα μὲν ὁ Εὐσέβ.* — Goarus verba *ὁ τῆς ζωῆς αὐτοῦ* ad *τὸν κατακλυσμὸν* non habet.

Pag. 21, B. Goarus: *ὃ δ' ὑστερεῖ τούτῳ πρὸς ἀναπλήρωσιν τῆς χιλιάδος πρῶτον ὑπάρχων πλήρωμα, ἀνεπλήρωσεν ὁ Σωτήρ.* Inepte. — Lege: *ὃ δ' ὑστερεῖ, τοῦτο πρὸς ἀναπλ. τῆς χιλιάδος, πάντων ὑπάρχον πλήρωμα, ἀνεπλ. ὁ Σ.*

Pag. 22, B. *τὲ* non redundat; nam in cod. eſt: *οἱ δὲ ἐξῆλθον τῆς κιβ.*, non *ἐξελθόντες.*

C. dele puncta; nullum video lacunae veſtigium. — *ὁ θεόπτης Μωσῆς ἐνθυμηθεὶς* corrige e cod. *ἐκ θεοῦ μυηθεὶς*, a Deo doctus. — *ἐν τῇ γενέσει αὐτοῦ.* leg. *γενεᾷ.* — Et

D. *ἡμέρᾳ πρώτῃ τῆς ἑβδομάδος*, articulus, a Goaro omiſſus, deeſſe non poteſt.

Pag. 23, D. ſcribe: *ἐν ἡμέρᾳ πρώτῃ τῆς ἑβδομάδος. τούτων ἡμῖν ἐκ τῶν διὰ Μωϋσ. θεοπν. γραφῶν.* Goar. *πρώτῃ* (in cod. *α'*) et *ἐκ τῶν* omiſit, quae abeſſe non poſſe apparet: ſicuti linea ult. *τῆς ἀληθείας* articulus omitti non poteſt.

Pag. 24. lin. 1. ſcribe: *εἰ καὶ δοκοῦσιν ἐν μέρει περί τε κατακλ. καὶ γιγ. καὶ αὐτοῦ Νῶε, τοῦ καὶ Ξισούθρου λεγ. παρ' αὐτοῖς, συμφωνεῖν τῇ θεοπν. γραφῇ.* Goar. punctum ponit poſt *Νῶε*, ſcribit *δὲ* pro *καὶ*, et *συμφωνεῖ.*

Digitized by Google

D. Goar. ἀπεκάλυψε τὰ ἐν αἰῶνι, τὰ ἐν οὐρανῷ. Cod. ἀπεκ. τῷ αἰῶνι τὰ ἐν οὐρ.

Pag. 25, A. ſcribe: ἐδίδαξαν αὐτὰς μισ. — κίβδηλα ἐπὶ τῆς γῆς τῶν ἀνθρώπων ἐκκ. — τῶν ἐπὶ τῆς γῆς γινομ. ἀδικημ. — τί δεῖ ποιῆσαι αὐτοὺς περὶ τούτου. Goar. αὐτὰς, τῶν ἀνθρώπων, τῆς, αὐτοὺς, quatuor verba in octo lineis omiſit.

B. et ſine codice ἔμβαλε pro ἔμβαλλε quivis corriget. Et paulo poſt λίθους ὀξεῖς καὶ λίθους τραχεῖς, copulam, quae in cod. eſt, Goarus omiſit.

Pag. 26, A. Goar. plura verba omiſit: Καὶ νῦν οἱ γίγαντες, οἱ γενν. ἀπὸ πνευμάτων καὶ σαρκὸς, πνεύματα πονηρὰ „ἐπὶ τῆς γῆς καλέσουσιν αὐτοὺς, ὅτι ἡ κατοίκησις αὐτῶν ἔσται ἐπὶ τῆς γῆς.“ πνεύματα πονηρὰ ἔσονται κ. τ. λ.

B. ſcribe: ἡ ἀρχὴ τῆς κτίσεως. G. κτήσεως ſine articulo. — τὰ πνεύματα τῶν γιγάντων. G. τὰ πρῶτα. — ἀλλ' ἀσιτοῦντα (G. ἀλλὰ σιτ.) καὶ φασμ. ποιοῦντα, καὶ διψῶντα (G. copulam non habet.) — Ναφιλεὶμ, οἱ ἰσχυροὶ τῆς γῆς. G. καὶ pro οἱ.

C. Goar. Περὶ δὲ τοῦ ὄρους. Cod. παρά.

Pag. 28, C. Codex: τὰ μὲν κατὰ τὴν Ἀραβίαν μέρη . ., τὰ δὲ . . ὀρεινὰ καὶ ἄφορα. Goar. τὴν omittit, et ſcribit: ὀρεινά τε καὶ εὔφορα.

D. Goar. ζῶον ἄφρενον, quod homines litteras, artes, ferre leges, conſtruere urbes docet. Lege: ἄῤῥεν ὄν.

Pag. 29. praeter alias mendas corrige C. ὧν καὶ τὰς εἰκόνας . . ἀνακεῖσθαι (G. ἀνάκειται). ἄρχειν δὲ τούτων (G. ἄρχει).

D. ἀλληγορικῶς δέ φησιν τοῦτο πεφυσιολογῆσθαι (G. τοῦτο μὲν φυσιολογεῖσθαι).

καὶ τὸ ῥυὲν αἷμα. Goar. σῶμα, corpus in terram delapſum.

δι' ὃ νοεροὺς τε εἶναι. G. διὰ νοερ.

Pag.

Pag. 30, A. Goar. ταῦτα ὁ Πολ. Ἀλέξ. τὸν Βηρωσσὸν ἐν τῇ πρώτῃ φάσκει. Codex: ταῦτα φησὶν ὁ Π. Ἀ. τὸν Βηρωσσὸν ἐν τῇ πρ. φάσκειν.

B. Goar. καὶ πάντα εὐτρεπισάμενον, πλὴν ἐρωτώμενον δὲ ποῦ πλεῖ; — Lege: καὶ πάντα εὐτρεπισάμενον πλεῖν. ἐρωτ.

Pag. 32, C. in cod. eſt: ἔτος α' καὶ μῆνας ζ∽γ', i. e. ἑπτὰ καὶ ἥμισυ καὶ τριμόριον. Goar. in textu: ἑπτὰ, ἑβδομάδας τρεῖς. — Paulo poſt cod. καὶ μῆνας ϛ∽γ'. Goar. καὶ μῆνας ἓξ καὶ ἥμισυ καὶ ἡμέρας τρεῖς.

Pag. 37, A. Goar. καὶ εἶπεν ἄνθρωπος τῷ πλησίῳ· δεῦτε, πλυνθεύσομεν πλύνθους, καὶ ὀπτήσωμεν αὐτοὺς πυρί. Codex: καὶ εἶπεν ὁ ἄνθρωπος τῷ πλησίον· δεῦτε, πλινθεύσωμεν πλίνθους, καὶ ὀπτ. αὐτὰς πυρί.

Pag. 38, A. Goar. ἔτι δὲ Μανεθῶ πρὸς τὸ (ad marg. τὴν) λεῖαν ἀπόδειξιν, ad *faciliorem* demonſtrationem. — Codex: ἔτι δὲ καὶ Μ. πρὸς τελείαν ἀπόδ.

Pag. 43, B. Goar. καὶ τοὺς ἄλλους σφόδρα δεδιότας τὸν κατακλυσμὸν διὰ τὰ πεδία. Codex: καὶ τοὺς ἄλλ. δεδιότας σφόδρα διὰ τὸν κατακλυσμὸν τὰ πεδία.

C. συνεβούλευσεν ποιεῖσθαι τὴν ἀποικίαν. Goar. ποιεῖσθαι omiſit.

Pag. 45, D. Goar. ὃς καὶ ἡγεμονίαν ἐδέξατο .., ὥστε ἐν τῇ γενέσει φέρεται. Ἐν τῷ ἔτει .. νεωτερίσατο ὁ .. Χαν., ἐπέβη. — Codex: ὃς καὶ τὴν ἡγεμ. διεδέξατο .., ὡς καὶ ἐν τῇ γ. φ. Ἐν δὲ τῷ .. νεωτερίσας κ. τ. κ.

Pag. 47, A. Goar. ὧν ἡ κατοικία ἐστὶν κατὰ μῆκος κόσμου ἀπὸ Β. . . . Κατὰ πλάτος μὲν ἀπὸ Π. Scribo veſtigia codicis premens: κατὰ μῆκος μὲν ἀπὸ Β.· κατὰ πλάτος δὲ ἀπὸ Π. — Nomina vero codex confuſa habet, ut editio. Si conjecturis indulgere licet, expungo verba ἀπὸ στόματος τοῦ κατὰ Ἀρσινόην (ἕως) τῆς Ἰνδικῆς, quae lector non indoctus adſcripſit, ut longitudo

Digitized by Google

quoque ab occidente verſus orientem definiretur, aut, ſi auctoris ſunt, valde claudicant. *Latitudinem* regionis autem non *a Bactris ad Indiam* protendi poſſe, apparet, quippe quae a meridie verſus ſeptemtrionem extenditur. Scribo igitur: *ἀπὸ Περσίδος καὶ Ἀράβων ἕως Σκυθικῆς*. — In nominibus regionum omiſſum eſt poſt Meſopotamiam *εὐδαίμων Ἀραβία*, quod codex habet.

Pag 51, C. incipit codex 1764, quem ſignabimus B; A indicat codicem 1711; AB ambo. Eligemus dehinc inprimis talia loca, quae nobis conditionem codicis B oſtendant.

Pag. 53, A. Goar. et A: *ἕως τὸ κοσμικὸν ͵ερμζ, πρὸ τῆς Ἀλεξ. του κτίστου ἀρχῆς ἔτεσι ιε΄. ἐγγὺς τουτῳ δὲ τῷ ͵βψϛ΄ ἔτος*. (G. corrigere vult *ἔτει*.) — B: *εἰς τὸ κοσμ. ͵ερμζ ἔτος, πρὸ τῆς Ἀλ. τοῦ κτ. ἀρχ. ἔτεσι ιε΄ ἐγγὺς. τοῦτο δὲ τὸ κ. τ. λ.*

Goar. in textu: *τῷ γὰρ ͵βψϛ΄*. A: *βψοδ΄*: B: *͵βψοα΄*, quem numerum unum verum eſſe, computatio docet. Uti paulo poſt: *τῷ κοσμικῷ ͵βψοε΄* (pro *͵βψϛ΄*) *ἔτει*.

διεσπάρησαν . . λ΄ γλῶσσαι. Signum numeri ab utroque codice abeſt, neque a Goaro in verſione latina expreſſum.

Pag. 61, A. cod. B. lacunam ſupplet: *Τρισκαιδεκάτη δυναστεία Διοσπολιτῶν βασιλέων ξ, οἳ ἐβασίλευσαν ἔτη υνγ΄*. — *Τεσσαρεσκαιδεκάτη δυναστεία Ξοΐτων βασιλέων οϛ΄, οἳ ἐβασίλευσαν ἔτη ρπδ΄*. — *Πεντεκαιδεκάτη δυναστεία ποιμένων*. Cod. A. omittit Dyn. XIV, transponit *ἔτη ρπδ΄* ad Dyn. XIII pro *ἔτη υνγ΄*, habetque *λείπει* a manu recentiore in margine, a Goaro in textum receptum.

Pag. 64, B. verba: *ὀλίγα δὲ τούτων ἐν Ἀσσυρίοις λόγοις ἀρχαιότερα μυθεύεται* (*μυθεττεύεται* error typographi eſſe videtur) Goarus vertit: *Rerum autem iſtarum praecipuas, ubi de geſtis Aſſyriorum illi ſermo, commemorat*. Vertenda ſunt: *His autem rebus paucae*

antiquiores, in hiſtoriis Aſſyriorum commemorantur. — Hinc minus mireris,

Pag. 65, A. Σπάρτους eſſe Goaro *Spartanos*, qui ſunt σπάρτοι ἄνδρες, Euripid. Suppl. v. 713, et 703:

λόχος δ' ὀδόντων ὄφεως ἐξηνδρωμένος,

Thebani, e dentibus anguinis a Cadmo ſatis enati. Sed poetas τῶν Ἑλλήνων, quos ubivis fere *Gentiles* vertit, pius Chriſtianus parum legiſſe videtur.

B. Goar. γίνεται κατακλυσμός. καὶ κατὰ λόγον τῶν παρ' Αἰγυπτίων ὀργῇ θεοῦ . . μαστιζομένων. A B: γίν. κατακλυσμὸς καὶ κατὰ λόγον. τῶν γὰρ Αἰγ.

Pag. 66, B. cod. B lacunam vix animadverſam ſupplet: εὑρὼν δὲ παρ' Ἑβραίοις διαφόρους τῶν χρόνων ἀποδόσεις, τὴν μὲν πλεονάζουσαν, τὴν δὲ " ἐλλείπουσαν, οὐ τὴν ἐμαυτῷ κεχρησμένην (λέγω δὲ τὴν πλήθουσαν) ἥρπασα, τὴν δὲ " ἐνδέουσαν μετῆλθον. Verba lineolis notata neque in editione neque in cod. A leguntur.

Pag. 78, A. uterque codex habet, quae a Goaro omiſſa ſunt: Τούτῳ τῷ ͵βσμγ' ἔτει ἡ κιβωτὸς ἀνεῴχθη, καὶ Νῶε ἐξῆλθεν σὺν τοῖς μετ' αὐτοῦ. Tum ſequitur: Τῷ αὐτῷ ͵βσμγ' κ. τ. λ.

Paulo poſt ſolus B habet verba lineolis notata: Τούτῳ τῷ ͵βτοβ' " ἔτει Ἀρφαξὰδ ἔλαβεν γυναῖκα ἔτος ἄγων ρλ'. — Τούτῳ τῷ ͵βτοζ' " ἔτει Ἀρφ. ἐγένν. τὸν Κ.

C. Veſtigia codicum ſequens ſcribo: ἀπὸ δὲ τούτου τοῦ χρόνου, τῶν πς' δύο (G. δεύτερον) μὲν Χαλδαίων βασιλέων, Εὐηχοιοῦ (G. Εὐήχοον ὂν) καὶ Χωμασβήλου, πδ' δὲ Μήδων, Ζωροάστρην . . εἰσάγει . . ὁ αὐτὸς Πολ., οὐκ ἔτι διὰ . ., ἀλλὰ διὰ ἡλιακῶν ἐτῶν. (G. h. l. non interpungit.) Τοὺς γὰρ προγενεστέρους ὡς θεοὺς ἢ ἡμιθέους νομίζοντες κατὰ (G. καὶ) τοὺς μετ' αὐτούς, (G. non interpungit) τὴν πλάνην εἰσηγούμενοι, τῷ ὄντι (G. τὸ ὄν, uncis incluſa) χρόνους ἀπείρους βεβασιλευκέναι συνέγραψαν.

Pag. 79, C. Goar. διὸ καὶ περιττὸν ἡγησάμεθα ἐκθέσθαι κανόνιον. ἀπὸ δὲ τοῦ ͵αε' ἔτους — B: διὸ . . ἐκθ.

Digitized by Google

κανόνιον ἀπὸ τοῦδε τοῦ βυέ ἔτους: quae lectio in textum recipienda eſt.

Pag. 82, D. Goarus pleonasmum Georgii vituperat, quem ipſe verbis prave conjunctis textui intulit. Sic enim diſtinguenda ſunt:

Εὐσεβίου πρὸς λέξιν (ſic B) *περὶ τοῦ παρὰ Σαμαρείταις.*

Κατὰ δὲ τὸ παρὰ Σαμαρείταις Ἑβραϊκὸν, Ἀδὰμ γενόμ. κ. τ. λ. Goar. vero *Εὐσεβίου . . Ἑβραϊκὸν* conjungens, verba inſcriptionis eſſe ponit, et ab *Ἀδὰμ* Euſebii verba incipit.

Pag. 87, A. Textus Goari: *ἐν ταῖς ἡμέραις Φαλὲκ, τῇ Ἑβραίων φωνῇ μερισμός. καὶ* — Cod. B: *Ἐν ταῖς ἡμέραις Φαλὲγ διεμερίσθη ἡ γῆ, δι' ὃ καὶ σημαίνει τὸ φαλὲγ τῇ Ἑβραίων φωνῇ μερισμόν.*

Pag. 90, B. Titulus a Goaro notatus in utroque codice non niſi nota marginalis eſt. — *γο'* vero non redundat; in codd. enim eſt: *ἔτη ϛ' γο'*, h. e. *τριτημόριον.*

Pag. 92, A. Codex B lacunam ſupplet:

β'. Ἀράβων δεύτερος ἐβασίλευσεν Μαρδακὸς ἔτη μ'· τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος γμα'.

Pag 96, B. Codex B ſic, ſine lacuna:

Αἰγυπτίων ἐβασίλευσεν ιε' Μιαμοὺς ἔτη ιδ', τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος γρνζ'.

Αἰγυπτίων ἐβασίλευσεν ιϛ' Ἀμεσήσις ἔτη ξε', τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος γροα'.

Αἰγυπτίων ἐβασίλευσεν ιζ' Οὔσης κ. τ. λ.

In margine: *Εὐσέβιός φησιν, ὅτι παρ' Αἰγυπτίοις ἐτύγχανεν ιϛ' δυναστεία, καθ' ἣν ἐβασίλευσαν Θηβαῖοι, ἔτη ρξ', ἔν τισι δὲ ἀντιγράφοις ρϞ', Νίνου βασιλεύοντος Ἀσσυρίου.* (leg. *Ἀσσυρίας.*)

Pag. 97, C. D. plerumque e cod. B ſcribo: *μεθ' οὓς κατεστάθη* (G. *κατεστάθην*) *ἱερεὺς Χαρίδημος, ὃς* (G. *Χαριδήμοσος*) *καὶ οὐχ ὑπομ. — ἔφυγεν. — Πάντων μὲν Ἑλλήνων παλαιότατοι* (G. *παλαιότατα*) *τοῖς χρόνοις ἀναγράφονται Σικυώνιοι, καὶ* (copula abeſt) *βασιλεῖς οἱ Σι-*

Digitized by Google

κυῶνος ἡγησ., *ὧν πρῶτος ἦρξεν Αἰγιαλεὺς*, *κατὰ Βῆλον καὶ Νῖνον γεγονὼς*, (G. interpungit poſt *Βῆλον*, et vertit ſequentia, tamquam ſolum ad Ninum pertinerent) *τοὺς πρώτους* (G. et codd. *τοῦ πρώτου*) *Ἀσσυρίων βασιλεῦσαι τῆς Ἀσίας μνημονευομένους* (ſic A B. G. *μνημονευομένου*.)

Pag. 99, D. G.:

Εὐσεβίου.

Τῷ νλ' ἀπὸ τοῦ κ. τ. λ. — Scribe: *Εὐσέβιος τὰ νλ' ἔτη ἀπὸ* etc.

Pag. 100, B. in codd. nullum eſt lacunae veſtigium, et ſi ante *Ἀβραὰμ* interpunxeris et e codd. *ἀσεβεῖ* pro *εὐσεβῆ* ſcripſeris, mecum Goari ſtellulas delebis. *Σάρα τὴν Ἄγαρ κενὴν ἐξαπέστειλεν* (B) *κληρονομίας. Ἀβραὰμ ἀσεβεῖ μὴ συναπολέσθαι δίκαιον ἐδυςώπει.*

D. *δὲ* quidem redundat; in cod. autem eſt: *λύχνοι δὲ* (G. *μὲν*) *καιόμενοι μὲν* (G. *δὲ*) *ἐπιφέρονται*, *σβεννύμενοι δὲ καταδύουσιν. ἐνταῦθα εἰσὶν* (*δέ*, quod G. his duobus verbis interponit, re vera redundat, neque in B legitur.) *αἱ τῆς ἀσφάλτου πηγαί· φέρει δὲ στυπτηρίαν καὶ ἅλας* (A B. G. *ἅλα*).

Pag. 104, lin. 2. poſt *στοιχειώσει* cod. B haec addit: *ὡς δειχθήσεται ἐν τῇ πινακικῇ αὐτῶν στοιχειώσει.*

Pag. 121, C. Goar. interpunctione inepta locum ſanum depravavit. Omnes, ſcribit Georgius, hiſtorici et Judaici et Chriſtiani, Moſem tempore Inachi vixiſſe, *συνομολογοῦσι* . ., *κατὰ Ἄπιδα δὲ τῆς ἐξ Αἰγύπτου πορείας τοῦ Ἰσραὴλ ἡγήσασθαι*, *τὰς ἀποδείξεις καὶ ἐκ τῶν παρ' Ἕλλησι δοκουμένων ὑποσχόντες ἱστορικῶν. Οἷς μόνος ὁ Καισαρεὺς Εὐσέβιος καὶ ἑαυτῷ ἀντιπίπτων*, *χρόνοις ὕστερον κατὰ Κέκροπα* . . *ἔφη γενέσθαι Μωσέα.* — Poſt *ἡγήσασθαι* et *δοκουμένων* G. ponit puncta, poſt *ἱστορικῶν* et *χρόνοις* commata, poſt *ἀντιπίπτων* non interpungit, conjungens *ἀντιπίπτων χρόνοις*.

Pag. 126, D. et 127, A. Goar. narrationem de exodo Iſraelitarum ex Aegypto corruptiſſimam dedit, quam plerumque e cod. B corrigere et ſupplere poſſumus:

Digitized by Google

Τῷ γωις' ἔτει . ., πρώτῃ (G. omiſit) ἀρξαμένῃ ἡμέρᾳ τῶν ἀζύμων . . κύριος ἐπάταξεν πᾶν πρωτότοκον ἐν γῇ Αἰγ. . . καὶ ἐγενήθη κραυγὴ μεγάλη ἐν πάσῃ γῇ Αἰγύπτῳ. οὐ γὰρ ἦν οἰκία, (G. οἰκίᾳ ſine commate) ἐν ᾗ οὐκ ἦν ἐν αὐτῇ τεθνηκός. (G. τε θρηνός.) Καὶ ἐκάλ. Φαρ. Μωϋσῆν καὶ Ἀαρὼν νυκτὸς, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· ἀνάστητε καὶ ἐξέλθετε . . καὶ τοὺς βόας ὑμῶν ἀναλαβόντες πορεύεσθε, καθάπερ εἰρήκατε· (linea in edit. omiſſa eſt) εὐλογήσατε δὲ (abeſt) κἀμέ. Καὶ (abeſt) κατεβιάζοντο οἱ Αἰγ. τὸν λαὸν (G. et A τῶν λαῶν) σπουδῇ ἐκβαλεῖν αὐτοὺς ἐκ τῆς γῆς. (deſunt.) . . . καὶ ᾐτήσαντο παρὰ τῶν Αἰγυπτίων σκεύη ἀργυρᾶ καὶ σκεύη χρυσᾶ, "καὶ ἱματισμόν. καὶ Κύριος ἔδωκεν χάριν τῷ λαῷ αὐτοῦ ἐναντίον τῶν Αἰγυπτίων· καὶ" (haec verba lineolis notata neque G. neque A habet) ἔχρησαν αὐτοῖς· καὶ ἐσκύλευσαν τοὺς Αἰγ.

Pag. 129, C. Goar.: ἔχει μὲν τοὺς ἄλλους λόγους μυστικῶς εἰκονίζοντας, τὸ δὲ μάννα τὴν πάναγνον θεομήτορα, καὶ τὸν κατ' ἀρετὴν βίον. et vertit, tanquam poſt εἰκονίζ. interpunxiſſet. Lege e codd. ἔχει μέντοι καὶ ἄλλους λόγους, μυστικῶς εἰκονίζοντας τόδε τὸ μάννα τήν τε π. θ. καὶ τόν.

Pag. 131. in utroque codice Decalogus alia ratione diviſa eſt, quam in edit. Goari. Prima lex eſt: Ἐγώ εἰμι κύρ. ὁ Θ. σου, ὁ ἐξαγ. σε ἐκ γῆς Αἰγ. Secunda, quam G. cum prima in unam contraxit: Οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ. οὐ ποιήσεις ἑαυτῷ (G. σοι) εἴδωλον. Decima comprehendit in codd. duas Goari leges, nouam et decimam: Οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον σου· οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν οἰκίαν τοῦ πλησίον σου, (G. utroque loco πλησίου) . . οὔτε ὅσα τῷ (G. τοῦ) πλησίον σου ἐστίν.

Pag. 137, A. G.: μεμφόμενοι ὅτι γυναῖκα ἔλαβεν Αἰθιόπισσαν. Μωϋσῆς (margo: Ἀαρὼν, quem verſio reddit) δὲ ὅτι ἐλάλησεν ὁ Θεὸς ἡμῖν ὡς κἀκείνῳ. Codd. μεμφ. ὅτι γυν. ἔλ. Αἰθιόπισσαν Μωϋσῆς, καὶ ὅτι λελάληκεν ὁ Θ. καὶ ἡμῖν ὡς κἀκ.

Digitized by Google

Pag. 141, A. locum corruptum, maxime e cod. B, ſic reſtituere poſſumus: *καὶ εἶπον οἱ υἱοὶ Ῥουβὴν* (G. *Ῥουβὶμ*) *καὶ οἱ* (abeſt) *υἱοὶ Γάδ·* " *οὕτως ποιήσωμεν. καὶ ἔδωκεν Μωϋσῆς τοῖς υἱοῖς Ῥουβὴν καὶ τοῖς υἱοῖς Γάδ* " (verba lineolis diſtincta G. non habet) *καὶ τὸ ἥμισυ φυλῆς Μανασσῆ, υἱῶν Ἰωσὴφ, τὴν βασιλείαν* (G. poſt *Ἰωσὴφ* punctum ponit) *Σ. . . καὶ τὴν βασ. Ὤγ . . καὶ τὴν γῆν καὶ τὰς πόλεις αὐτῆς* (G. *αὐτοῦ*) *πέραν τοῦ* (G. *τῶν*) *Ἰορδάνου, πόλεις ιβʹ. Αὗται μὲν οὖν αἱ ἐπισημ. φέρονται πράξεις.* (G. lacunam eſſe conjicit poſt numerum *ιβʹ*, cujus neque in textu nec in codd. ullum indicium eſt. *οὖν* G. non habet.)

Pag. 153, D. corrige et ſupple e cod. B: *ὅπερ κατὰ μὲν τὸν ἐκείνου* (*Εὐσεβίου*) *παραλογισμὸν τῶν ἐξ Ἀδὰμ ἔτος* (G. *ἐτῶν*) *ἦν* " *γχπθʹ, κατὰ δὲ τὸν ἀληθῆ καὶ ἀκριβέστατον λόγον* " (verba notata G. omiſit) *γ*") *πθʹ, κβʹ δὲ Ἀώδ.* (G. articulum *τοῦ* nomini addit.) — Cognomentum Heraclis Punicum, quod G. *Διβδᾶν* legit, in cod. B ſcriptum eſt *Διcανδάν*.

Pag. 156, A. Cod. B lacunam ſupplet: Argivorum imperium 14 reges obtinuiſſe, *ὧν θʹ μὲν κυρίως Ἀργεῖοι λέγονται,* " *εʹ δὲ Δαναΐδαι, οἱ ἀπὸ Δανάου ἕως Ἀκρισίου ἄρξαντες, καθʼ οὓς καὶ Δάναοι οἱ Ἀργεῖοι ἐλέγοντο.*" *μετὰ δὲ τούτους* — Verba lineolis notata Goar. non habet; et articulum *οἱ*, qui cum ultimis litteris nominis *Δάναοι* complexus a librariis omiſſus eſt, reſtitui.

Pag. 158, C. corrigas: *Θησέα δὲ παρατυχὼν Ἡρακλῆς ἐῤῥύσατο μέλλοντα συνδιαφθείρεσθαι* (*συν* G. non habet) *τῷ Πειριθόῳ. διὰ δὲ τὰ τοῦ κινδύνου προὖπτον ἐξ Ἅδου νομίζεται Θησεὺς ἀνεληλυθέναι.* (G. *τὸ Περίθου διὰ τὸ κινδ. . . ἀναλελυθέναι.*)

Pag. 161, B. *Σποράδην* in cod. eſt in margine. *Κατὰ τούτους Φρίξος*, i. e. horum aetate vixit Phrixus; ergo verbum non deſideratur, neque *καὶ* redundat: *ὃς ἔδοξε . . καὶ ηὐτύχησε* (ſic cod. B. G. *εὐτύχ.*). *Παλαίφατος δὲ Κριόν φησι καλεῖσθαι τὸν διασώσαντα* (praepoſi-

tionem G. non habet) αὐτοὺς τροφέα. — Ὁ κατὰ Εὔμολπον πολεμος, ἀφ' οὗ οἱ Εὐμολπίδαι Ἀθήνῃσιν. — Τὰ κατὰ Πρ. (G. Ἀθήνῃσιν cum ſequentibus conjungit.)

Lin. penult. lege: ἐξ ἧς ὁ Περσεύς. Περσεὺς τὰς στρατείας κ. τ. λ. Nomen a Goaro ſemel omiſſum eſt, ſine interpunctione ante τὰς στρατ.

Pag. 163, A. Goar. οὗτος (Δαίδαλος) ἀποστῆναι μυθεύεται. Codd. ἀποπτῆναι. — Paulo poſt Goar.: Μίνως ἐθαλασσ. καὶ κρίσιν παρὰ Διὸς ἐνομοθέτει (A καὶ κρίσινος παρὰ; B καὶ κρίσιν ὃς παρὰ), κομίζων τοὺς νόμους ἐξ ἄντρου τοῦ ἐν ἰδίᾳ ἐννεατηρίδι. (Codd. ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐννεατηρίδος.) Judica, an verum viderim ſcribens: καὶ Κρησὶν ὡς παρὰ Διὸς ἐνομοθέτει, κομίζων τοὺς νόμους ἐξ ἄντρου τοῦ ἐν τῇ Ἴδῃ διὰ ἐννεατηρίδος.

B. δι' ἣν neutiquam redundat, uti Goarus vult, unam theſin prave in duas dirimens. Corrige e codd. Τὴν δὲ Ὕδραν . . ὁ Πλάτων σοφίστριαν λέγει, δι' ἣν ὁ αὐτὸς Ἡρακλ. τὸ Ἴλιον ἐπόρθησεν. G. interpungit poſt δι' ἣν, et omittit ὁ.

C. Scribe: ὃς ὠνομάζετο μὲν (abeſt in edit.) Ταῦρος, τὴν δὲ φύσιν . . . Ἐπεὶ δὲ Μίνως ἀγῶνα . . ἐτίθει· ἰσχυρὸς ὢν ὁ Ταῦρος πάντων κατεκράτει. ὡς δὲ καὶ τῷ Θησεῖ τοῦ ἀγῶνος μετεδόθη, καὶ τὸν Τ. κατεπάλαισεν· συνέβη καὶ (G. δὲ) τοὺς παῖδας διασωθῆναι, καὶ τὴν πόλιν ἀφεθῆναι (G. ἀφαιρεθῆναι) τοῦ δασμοῦ. — Interpunctio Goari locum prorſus perturbat, commata tantum ante ἰσχυρὸς et ante ὡς ponens, neque, cum συνέβη δὲ ſcribit, ab his verbis alteram poſitionis partem incipere videns.

Pag. 171, C. D. e codd. ſic corrige et ſupple: "Επειτα Λατῖνος ἔτη λϛ'. Τούτου κατὰ τὸ λγ' ἔτος (G. τρίτον et ſine ἔτος) Αἰνείας ἐξ Ἰλίου παραγενόμενος "σὺν τοῖς μετ' αὐτοῦ, ὅπλοις καὶ πλούτῳ παρασκευασμένος" (deſunt apud G.), συμμαχήσας τε . . καὶ Τ. ἀνελὼν, Λαβινίᾳ ζεύγνυται . ., καὶ βασιλεύει τῆς χώρας μετὰ τὸν Λατῖνον

(articulum G. omiſit) *ἔτη γ'*, *κτίσας πόλιν ἐπ'* (G. *ἐπὶ*) *ὀνόματι τῆς* (G. non habet) *γυναικὸς Λαβινίαν...* *τινὲς ἔτη η' φασὶν τὸν Αἰν. βασιλ. Λατίνων*, *ἔτι ιδ'* (aut fortaſſe *ιζ'*. Goar. et codd. *ἔτη δ'*.) *μετὰ τὴν ἅλωσιν Τρ.* *ἕτεροι δὲ τρία μόνα βασιλ.*

Pag. 181, C. D. e codd. corrige et ſupple: *Αὐτὸς* (*Σαλομὼν*) *τὸν ἐν Ἱερουσ. πρῶτον* (G. ante *πρῶτον* inſerit alterum *τὸν*) *ναὸν ᾠκοδόμησεν τῷ β' ἔτει* (G. *ιβ' ἔτη*) *τῆς βασιλείας αὐτοῦ..*, *σὺν αὐτῷ καὶ βασιλικοὺς οἴκους ἐκπρεπῶς* (B, G. *εὐπρεπεῖς*) *δειμάμενος*, *πάντας τε τοὺς πλησιοχώρους βασιλεῖς δωροφόρους ἐκτήσατο.* (G. omiſit.) *Οὗτος ἐν σοφίᾳ.. ὑπερῇρεν,.. θεοφιλὴς. φανεὶς*, *ἕως τοῦ* (G. *τὸ*) *παρατραπῆναι εἰς γυναικομανίαν. οὗ τὴν σοφίαν βασίλισσα* (G. addit articulum *ἡ βασ.*) *νότου πόῤῥωθεν ἦλθεν ἀκοῦσαι..* *ὅθεν καὶ.. τὸν ὑπ' αὐτῇ συνετῶς ἐξεπαίδευσε* (G. praepoſitionem omiſit) *λαόν.* — *Σολομὼν τὸν ἐν Ἱερ. ναὸν ἀρξάμενος κτίζειν ἀπὸ δευτέρου ἔτους τῆς βασιλείας αὐτοῦ*, "*ὅπερ ἦν ιδ' τῆς ζωῆς αὐτοῦ*, *ἐν ζ' ἔτεσιν ἐτελείωσεν*, *ὀγδόῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ*," (verba notata neque in Goari edit. neque in cod. A ſunt) *κ' δὲ ἔτει* (abeſt) *τῆς ζωῆς αὐτοῦ.*

Pag. 187, D. ridiculus fere librariorum et Goari error eſt. (*Ἰωὰς*) *εἰδωλολατρεῖ*, *καὶ ἀναιρεῖ Ζαχαρίαν τὸν προφ... παραινοῦντα αὐτὸν* (B: *αὐτῷ*) *τὰ πρὸς ἐπιστροφὴν*, (pone punctum.) *τοῦτον ἀπέκτειναν οἱ παῖδες αὐτοῦ.* [*τῷ Μωσέως ἔτει τῆς βασιλείας Ναυῆ.*] Et in margine: *Redundant.* — In cod. B autem eſt: *τῷ μ' ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ.*

Pag. 195, A. legas: *Ῥωμαίων πρῶτος ἐβασίλευσεν Ῥώμυλος*, *ις' ἀπὸ Αἰνείου. ἐβασίλευσεν δὲ ἔτη λη'. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵δψμβ'.* — Goar.: .. *Ῥωμύλλος*, *καὶ ἀπὸ Αἰνείου ἐβασίλευσεν*, *ἔτη λη'. τοῦ δὲ κόσμου ͵δψμβ'.*

Pag. 202, C. *καὶ οὐ καλῶς.* negationem delendam eſſe, etſi in Mſs. ſit, e contextu clariſſime apparet: codicibus enim, quos Africanus et Euſebius ſequuntur, *οὐ χρὴ πείθεσθαι.*

Digitized by Google

Lin. ult. vero et pag. 203, A. Goar. locum, quem in codd. ſine ulla menda legis, miſerrime corrupit, ſigna lacunae ponens, quae nulla eſt, et poſt *Σαμαρείᾳ* punctum, ita ut ab *διὰ τὸ* non ſolum nova theſis, verum etiam nova linea incipiat. Longiorem protaſin ſequitur a verbis *μόλις ἠδυνήθην* apodoſis: *Πολλὰ καμὼν περὶ τῆς συμφωνίας τῶν δύο βασιλειῶν τῶν Ἑβραίων τῶν διαιρεθεισῶν μετὰ Σολ. ἕως . . Ὠσηὲ . . ἐσχάτου τῶν ἐν Σαμαρείᾳ, διὰ τὸ τὰς ἱερὰς τῶν βασ. δέλτους μὴ ἀκριβῶς ἐμφαίνειν, ἐν ποίῳ χρόνῳ . ., μήδ' αὖ πάλιν ἕκαστος τῶν ἐν Ἱερ. βασιλευσάντων, ἐν ποίῳ ἔτει τῶν βασιλέων Ἰσραὴλ ἤρξατο κρατεῖν· μόλις ἠδυνήθην κ. τ. λ.*

Pag. 210, D. Cod. B lacunam ſupplet: Aegyptiorum regnum durans *ἐν δυν. ι΄, βασιλεῦσι δὲ πς΄ ἔτεσι βσια΄, ὑπὸ Καμβύσου καθηρέθη ἐπὶ τοῦ πς΄΄ βασιλεύσαντος τῆς Μεστραίας.*

Pag. 211, B. *πρῶτος Ῥῶμος Ῥωμαίους εἰςήγαγεν* redundent, nam inepta ſunt; cod. B autem (de Numa ſermo eſt): *πρῶτος νόμους Ῥωμαίοις εἰςήγαγεν.* — Numerus annorum regni Tulli Hoſtilii in B eſt: *ἔτη λβ΄, τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος δωα΄. — Οὗτος πρῶτος πορφύραν περιβάλλεται καὶ ῥάβδον κατέσχεν. οὗτος καὶ Σίλβιος παρά τισι λέγεται. [τοῦτον φασὶ πρῶτον περιβαλέσθαι πορφύραν ἐν βασιλεῦσι Ῥωμαίων καὶ ῥάβδον κατασχεῖν.]* Haec verba incluſa expungi vult Goarus propter tautologiam. Tautologia eſt: non vero haec, ſed ipſa prima verba *Οὗτος . . κατέσχεν* e textu rejicienda et ad marginem ponenda ſunt.

D. denique in cod. B nomen primi Archontis decennalis non deſideras: *Ὧν πρῶτος ἄρχων δεκαέτης "Ἀθηναίων Χαρὼψ ὁ Αἰσχύλου ἔτη ι΄. οὗτος πρῶτος δεκαέτης." τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος δψλα΄.*

Pag. 212, C. Goar.: *Ἀκτίων ὁ Μιλήσιος ἤκμαζεν.* Scribo partim e cod. B: *Ἀρκτῖνος Μιλήσιος ἐποποιὸς ἤκμ.*

Digitized by Google

Pag. 216. praeter minora, quae e codd. corrigenda ſunt, ut

A. *ἐτόξευσαν οἱ τοξόται* pro *ἐτόξευσεν ὁ τοξότης*;

C. *ἐπέβαλεν φόρον ἐπὶ τὴν γῆν*, Goar.: *Ἱερουσαλὴμ*;

συνῳδᾷ δὲ καὶ ἡ τετ., G. *δὲ* omiſit;

D. Cod. B lacunam ſupplet, quamquam in ipſo quoque nonnulla deſunt, quae ex A ſuppleri poſſunt. Scribo igitur: *Τινὲς δὲ τῶν σὺν αὐτῷ* (*Μωϋσῇ*) *ἱερέων ὑπέστρεψαν* (G. *ἐπέστρ.*) *ἐπισημήνασθαι τὸν* (G. *τῆς*) *τόπον*, "*καὶ ἐκρύβη ἀπ' αὐτῶν. οἷς καὶ ἐμέμψατο Ἱερεμίας, γνοὺς τῷ πνεύματι ἄγνωστον ἔσεσθαι τὸν τόπον*" (G. non habet), *εἰπών· ἕως ἐπισυνάγει κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ καὶ ἵλεως γένηται τῷ Ἰσραήλ.* (G. non habet.) — *Τοῦ Ἰσραὴλ κ. τ. λ.*

Pag. 227, A. Goarus et nomen *Σεδεκίου* et numerum *ιθ'* mutare vult, non videns, hoc quoque loco lacunam eſſe, quam cod. B ſic ſupplet: *οὐ μέντοι ἐπεσημήνατο* (Euſebius), *ὅτι ἀπὸ τοῦ δ' ἔτους Σεδεκίου* "*τὰ τῆς αἰχμαλωσίας ο' ἔτη συναριθμεῖ, ἀλλὰ μᾶλλον ἀπὸ τοῦ ια' ἔτους τοῦ αὐτοῦ Σεδεκίου*", (haec in edit. non leguntur) *λέγω δὴ ἀπὸ τοῦ ιθ' ἔτους* (G. non habet) *Ναβουχ.*

Pag. 229, D. Dubitet aliquis, unde Jeremias et Zacharias captivitatis annos 70, Jezekiel 40 ſolos ponat? *πρὸς ὃν φαμέν, ὅτι δυνατὸν κἀκείνους τῷ Ἰεζεκιὴλ συμφωνεῖν ἀριθμουμένους τῶν αὐτῶν μετὰ* (in marg. *μετάστασιν*) *ἀπὸ τῶν ὑστέρων ἐν Αἰγύπτῳ γενομένων, καὶ τῆς αἰχμαλωσίας τοῦ Ἰούδα, καὶ μεθ' ἕτερα, κατὰ τὴν θείαν διὰ Ἱερεμ. πρόῤῥησιν.* Sic Goarus. Cod. B autem locum corruptiſſimum ſic habet: *πρὸς ὃ φαμέν, ὅτι δυνατὸν .. συμφωνεῖν, ἀριθμουμένων τῶν αὐτῶν μ' ἐτῶν ἀπὸ τῆς ὑστάτης ἐν Αἰγ. γενομένης αἰχμαλωσίας τοῦ Ἰούδα κατὰ τὴν θείαν διὰ Ἱερ. πρ.*

Pag. 232, D. in margine utriusque codicis haec ſunt:

Digitized by Google

Ἀπὸ Τροίας ἁλώσεως, ἣ γέγονε τῷ δτλα' ἔτει τοῦ κόσμου, κ' δὲ τῆς ἐν τοῖς χρόνοις τῶν κριτῶν ἀναρχίας καὶ εἰρήνης, γίνονται ἔτη υκδ' ἕως τοῦ δψνε', καθ' ὃ Ῥώμην ἔκτισε Ῥώμυλος. καὶ ἀπὸ κτίσεως Ῥώμης ἕως τοῦ δ͵)πα' ἔτους τοῦ κόσμου, καθ' ὃ ἐπαύσαντο βασιλεῖς Ῥωμαίων καὶ ἤρξαντο ὕπατοι, γίνονται ἔτη σκε'.

Ad pag. 233, B. margo codicum hanc narrationem addit, quae unde hauſta ſit, non ſtatim indicare poſſum:

Οὗτος ὁ Κῦρος αἰχμαλωτεύσας πολλοὺς βασιλεῖς καὶ ἔχων αὐτοὺς ἐν φυλακῇ, προςέταξεν καθ' ἑορτὴν ἐν τοῖς ὤμοις αὐτῶν σύρειν τὸ τέθριππον ἅρμα, ἐν ᾧ ἐπωχεῖτο ὁ βασιλεύς. Εἷς δὲ ἐξ αὐτῶν ἐπιστρεφόμενος συχνῶς, ἑώρα τοὺς τρόχους ἀναβαίνοντας καὶ καταβαίνοντας. ὃν θεασάμενος ὁ βασιλεὺς καὶ θυμωθεὶς, ἤρετο αὐτόν· τίνος χάριν πυκνῶς στρεφόμενος οὐκ ἐᾷ τὸ ἅρμα κατ' εὐθεῖαν τρέχειν; ὅςπερ μετὰ φόβου ἀπελογήσατο· τοὺς τρόχους ὁρῶν ἀναβαίνοντας καὶ καταβαίνοντας, ἐννοεῖν (codd. *ἐν νόῳ*) *τὸ ἄστατον τοῦ βίου, πῶς γίνονται τὰ κάτω ἄνω, καὶ τὰ ἄνω κάτω. ὅπερ ἀκούσας ὁ Κῦρος καὶ αἰσθόμενος, ἔλυσεν αὐτὸν, καὶ τιμήσας φιλοφρόνως ἀνεβίβασεν ἐν τῷ ἅρματι. καὶ τὰ λοιπά.* Haec ultima verba probant, totam narrationem ex alio libro deſcriptam eſſe.

Fortaſſe ex eodem fonte hauſta eſt narratio de Cyro et Croeſo, quam margo utriusque codicis ad pag. 235, C. habet:

Κῦρος τὸν Κροῖσον αἰχμαλωτίζει, καὶ θελήσας αὐτὸν πυρὶ κατακαῦσαι, διὰ τὸν Σόλωνα ἐφείσατο τρόπῳ τοιῷδε. Ἀπερχόμενος καῆναι ὁ Κροῖσος, ἀνέκραξεν· ὦ Σόλων! ὦ Σόλων! τοῦτο γνοὺς ὁ Κῦρος ἐπύθετο, τίνος χάριν ὀνομάζει τὸν Σόλωνα; καὶ πυθόμενος ἤκουσεν παρ' αὐτοῦ· ὅτι ὅτε ᾐχμαλώτευσα τὸν Σόλωνα, ἤνεγκα αὐτὸν καυχώμενος ἐν τῇ δόξῃ μοῦ καὶ ἐν τῷ πλούτῳ τῆς βασιλείας μου, καὶ εἶπον αὐτῷ· δύνασαι εὑρεῖν, ὦ Σόλων, εὐδαιμονέστερόν μου; καὶ εἴρηκέν μοι· ὅτι Διογένης ὁ Κυνικὸς (ineptiſſimum gloſſatoris additamentum) *εὐδαιμο-*

νίστερός σου ἐστὶν καὶ ἄλλοι πολλοί. ὃν ἀποπεμψάμενος ὡς ἔξηχον (ſic in A et B. nomen, quod *inſanum* ſignificet, corruptum eſſe *) videtur), *ᾐσθόμην ἀρτίως, ὅτι πάντα τοῦ κόσμου οὐδέν εἰσιν. ἴδε γὰρ ὅτι οὐδὲν ὠφελήθην ἐκ τοῦ πλούτου τῆς βασιλείας μοῦ. Τηνικαῦτα αἰσθόμενος ὁ Κῦρος, οὐ μόνον ἀτιμώρητον αὐτὸν εἴασεν, ἀλλὰ καὶ τιμήσας, σύμβουλον προςήκατο καὶ παιδαγωγὸν τοῦ παιδὸς Καμβύσου.*

Pag. 241, C. D. locum corruptum habes, quem maxima quidem ex parte e cod. B reſtituere poſſumus.

Ὅτι ἐν τοῖς χρόνοις Ἀρταξέρξου τοῦ Περσῶν βασιλέως κατέγραψαν [e]) *κατὰ τῶν κατοικούντων ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ καὶ Ἱερουσαλὴμ Βάλσαμος καὶ Μιθριδάτης καὶ Ταβέλλιος καὶ Ῥάθυμος καὶ Βεέλτεθμος καὶ Ῥαμέλιος οἱ γραμματεῖς, καὶ οἱ λοιποὶ οἱ τούτοις συντασσόμενοι, οἰκοῦντες δὲ ἐν Σαμαρείᾳ καὶ τοῖς ἄλλοις τόποις, τὴν ὑπογεγραμμένην ἐπιστολήν·* [f]) *Βασιλεῖ Ἀρταξέρξῃ κυρίῳ οἱ παῖδές σου, Ῥάθυμος* ** [g]), *καὶ Ῥωμέλιος ὁ γραμματεὺς, καὶ οἱ ἐπίλοιποι τῆς βουλῆς αὐτῶν, καὶ οἱ κριταὶ οἱ ἐν Κοίλῃ Συρίᾳ καὶ Φοινίκῃ. καὶ νῦν γνωστὸν ἔστω τῷ κυρίῳ βασιλεῖ, διότι Ἰουδαῖοι οἱ ἀναβάντες παρ' ὑμῶν πρὸς ἡμᾶς εἰς Ἱερουσαλὴμ* [h]) *τὴν ἀποστάτην καὶ πονηρὰν οἰκοδομοῦσιν, τάς τε ἀγορὰς αὐτῆς καὶ τὰ τείχη θεραπεύουσιν ... ἐὰν οὖν .. συντελεσθῇ, φορολογίαν οὐ μὴν ὑπομενοῦσι* [i]) *δοῦναι, ἀλλὰ καὶ βασιλεῦσιν ἀντιστήσονται.* [k])

[*) Non eſt corruptum. Vid. Baſt. ad Gregor. Cor. p. 211. Schaefer.]

e) G. *τοῦ Ἀρταξ. Περσῶν κατέγραψεν.*

f) Verba *καὶ οἱ λοιποὶ .. ἐπιστολὴν* neque in edit. Goari neque in cod. A leguntur; ſequentia ordine inverſo et mutilata: *οἱ γραμματεῖς, καὶ οἱ ἐπίλοιποι τῆς β. α., καὶ οἱ κριταὶ ἐν Κ. Σ. καὶ Φ. Βασιλεῖ Ἀρτ. κ., οἱ παῖδες. καὶ νῦν γνωστὸν ἔστω τῷ κυρίῳ ὅτι Ἰουδ.*

g) Poſt *Ῥάθυμος* A addit: *ὄντα προσπίπτοντα*; B: *ὄντα προσπίπτοντα.* Titulum Rhathymi his in litteris latere patet; quinam vero ſit, reperire nequeo.

h) G *παρ' ὑμῶν εἰς ἡμᾶς, εἰς Ἱερουσ.*

i) G. *οὐ μὴ ὑπομένωσι*; Codd. *οὐ μὴ ὑπομείνωσιν.* [quod verum. Schaefer.]

k) G. *ἀντισταθήσονται.*

Pag. 243, B et C. plura e cod. B corrigere et ſupplere poſſumus.

Παρὰ τίνος δὲ ἄλλου (G. *ἄλλοι*) *ἀναβεβήκασιν, εἰ μὴ παρὰ Κύρου; Ἔπειτα δὲ ὅτι Ἀρταξέρξης ἀπὸ Κύρου* (deſunt in G. et A.) *ἕως Δαρείου τοῦ Ὑστ. οὐδεὶς ἐβασίλευσεν, ὡς . . δηλοῦται. καὶ αὖθις, ὅτι Μιθριδάτην* (G. *Μιθριδάτης*) *λέγει σὺν Β. καὶ τοῖς λοιποῖς καταγεγρ. τῶν οἰκοδομούντων, ὃν* (G. *ὡς*) *καὶ παρειληφότα τὰ ἱερὰ καὶ πάντα τὰ σκεύη οἴκου κυρίου, κατὰ πρόςταξιν* (deſunt in G. et A.) *Κύρου, ὡς γαζοφύλακα, προείρηκεν.* — Statim ſubſequentibus verbis neque codd. opem ferunt, nec proponere poſſum, quod ſufficeret. Aſcendunt Jeruſalem 42,360 viri *χωρὶς δούλων αὐτῶν καὶ παιδίσκων, καὶ αὐτῶν* — G. habet *ψαλτῶν καὶ ἀδ.*; cod. A *͵ψτλ΄ καὶ ζ΄ ἀδ.* (quod erroris Goari fontem oſtendit); B veram lectionem — *ἑπτακιςχιλίων τλ΄ καὶ ζ΄ ἀδόντων καὶ ἀδουσῶν.* In marg. quoque *͵ζτλ΄ καὶ ζ΄.*

Pag. 246, C. ex edit. Goari Darius myriadas hominum contra Graeciam miſit *μετὰ Δάτιδος, καὶ Δατίου, καὶ Σαφέρνους:* in codd. copula ante *Δατίου* non eſt; erraverone, ſi tres duces in duo convertam? *μετὰ Δάτιδος Δατίου καὶ Σαφ.*, i. e. cum Datide, filio Datii. — Miſit myriadas *προςθεὶς τοῖς τυρ.*, corr. *πεισθεὶς, Ἱππ. τῷ Ἀθην. καὶ Δημαράτῳ Λακεδαιμονίῳ*, inſere articulum *τῷ Λακ., διωχθεῖσιν οἴκοθεν. λοιπὸν δὲ* (non punctum, ſed minus quoddam interpunctionis ſignum ante *λοιπὸν* ponas) *καὶ διὰ τὴν Σάρδεων ἅλωσιν ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων καὶ φερόντων τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν τῶν Περσῶν ἀνάγκην.* Interpungas poſt *Ἀθηναίων*; duplex eſt expeditionis Dario cauſa reliqua, *καὶ*, *et* Sardium expugnatio per Athenienſes, *καὶ μὴ φερόντων τῶν κ. τ. Ἀσ. τὴν Π. ἀν.*, *et* quod gentes in Aſia regi ſubjectae vim Perſarum *non* ferebant, ſed uti Iones rebellarant.

Sine ulla fere menda ſunt, quae pag. 251, A. B. de expeditione Xerxis contra Athenas leguntur: in ultimis tantum verbis vitium eſt et in edit. et in codd. Mardo-

Digitized by Google

nium, narrat, et Maſiſtium ad Plataeas et Mycalen victos eſſe, *πολλά τε βουληθέντας Ἀθηναῖοι σπείσασθαι καὶ μὴ δυνηθέντας*. Cod. B: *Ἀθηναίοι σπήσασθαι*. Lego: *Ἀθηναίους λυμήνασθαι.*

Pag. 257, A. nomen quarti regis Dynaſtiae Mendeſiorum non eſt *Menas*, ſed nomen a librariis omiſſum, et locus ſcribendus eſt e cod. B: *τέταρτος . . . μῆνας δ΄. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ͵ερϑ΄.*

Dynaſtiam vero 31, in cod. A omiſſam, B ſupplet: Annus mundi ad dyn. 30 in B eſt: *͵ερκ΄. Αἰγυπτίων λα΄ δυναστεία Σεβεννυτῶν· Νεκτάνεβος β΄.* (i. e. *ὁ δεύτερος*), *ἔτη ιη΄. τοῦ δὲ κόσμου ἦν ἔτος ͵ερχη΄.*

Ipſa ultima verba codicis B, pag. 341, C. D., textum Goari corrigunt et lacunam ibi eſſe oſtendunt.

Γαλβᾶς . . . κρατεῖ μῆνας ἑπτά. τοῦτον Ὄθων ἀνελὼν, εἷς τῶν ἐν τέλει, κρατεῖ μῆνας τρεῖς ἐπὶ τῆς Ῥώμης, ὃν Βιτέλλιος κτείνας, κρατεῖ μῆνας η΄. (G. interpungit poſt *τρεῖς*, conjungitque *ἐπὶ τ. Ῥ. ὢν Β. κρατεῖ*, omiſſo participio *κτείνας.*) *οὗτος Σαβῖνον, τὸν ἀδελφὸν Οὐεσπασιανοῦ*, (G. articulum *τὸν* non habet, inferit vero *τοῦ* ante *Οὐεσπ.*) . . *ἐν τῷ Καπετωλίῳ προσφυγόντα* (G. *φεύγοντα*) . . *ἀνεῖλεν* . . . *ὁ δ᾽ αὐτὸς ὑπὸ* (textus G. *ἐπὶ*, in marg. *ὑπὸ*) *Δομετιανοῦ παραχρ. ἀνῃρέθη, τοῦ νεωτέρου παιδὸς Οὐεσπ.* (G. inſerit *τοῦ Οὐεσπ.*) . . . *τὸν γὰρ πρεσβύτερον υἱὸν Τίτον τὸν πρὸς Ἰουδαίους πόλεμον ἐκτελέσαντα καταλιπὼν* (cod. B *καταλειπὼν*, ſed cum accentu in ultima), *αὐτὸς ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα παραγίνεται, χαίρων, ὡς Ἕλληνες μυθεύ* | Hic definit codex B, nos incertos relinquens de verbis ſequentibus; nam verba *χαίρων ὡς Ἑλλ. μυθ.* neque in editione, nec codice A leguntur.

Tibi vero haec ſufficient, unde judicium et ſententiam feras, num totum *Georgii* opus, ſic emendatum ac completum, repeti debeat. Omnia quidem vitia corrigere non valens, textum prorſus emendatum non daturus ſum: ſed, ſi *Te* ſuaſore opus ſuſceperim, auxilium quoque Tuum mihi non deſuturum eſſe confido, et Tua

Digitized by Google

ſagacitas ſine labore vulnera deteget et ſanabit, quae obtuſior acies numquam animadvertiſſet.

Speraveram, fore ut Tibi ad *Plutarchi* quoque vitas parallelas correctiones offerre poſſem: codex autem, qui e Vaticano Pariſios translatus et nondum comparatus, uti ferunt, plurimas Plutarchi vitas continet, nitidiſſime quidem in pergameno ſcriptus eſt, verum nec e libro correcto, neque a librario diligenti; et in vitis Timoleontis et Bruti, quas ab initio ad finem cum textu vulgato contuli, ne unum quidem eorum locorum, qui corrupti eſſe mihi videntur, correctum inveni, nec locis impeditis aliarum vitarum, quae inſpexi, codex ullam opem fert. Sed diutius erroribus librariorum Te morari nolo. Vale, Magiſter ſumme venerande! nec deſinas favore et admonitione Tua ſtudia mea promovere, quae Tu primus moviſti.

XII.

XII.

I. F. PFAFFIO, AMICO AMATISSIMO,

S. P. D.

G. G. BREDOW.

Menſe Martio 1812.

Julia diſſoluta amicitia quidem noſtra diſſolvi non poterat; quae vero communi conſilio viribusque conjunctis peragere inter nos convenerat, diſſoluta eſſe videntur. In memoriam revoces quaeſo *Pappi Collectionum Mathematicarum editionem Graecam*, de qua ſaepius deliberavimus; quamquam *Tibi* in hoc munere et primae et ſecundae partes agendae eſſent. Noli igitur putare, disjunctione noſtra et academiae diſſolutione Tuo Te promiſſo ſolutum eſſe; hancque epiſtolam quamquam amici, tamen admonentis eſſe arbitreris velim, ne docti diutius fruſtra opus exſpectent, quod theſauro mathematico comparandum merito ab omnibus mathematicis doctioribus magni aeſtimatur. Commentarii, in Anglia, Ruſſia, Germania de ſingulis ejus propoſitionibus ſcripti, ſtudium teſtantur, quo docti Pappum amplectuntur; et in itinere meo per Galliam vidi atque audivi, eum a mathematicis Gallicis neutiquam negligi.

Collectionum ejus erant *Libri octo*, et ſatis multi codd. mſſ. exſtant, qui aliquot horum librorum conti-

Digitized by Google

nent, in nullo vero usque ad hunc diem collato opus integrum repertum eſt: in plurimis ſunt libri III, IV, V, VI, VII; in aliis additur liber octavus; pauci tantum continent praeterea poſteriorem libri ſecundi partem, omnesque recentioris aetatis eſſe videntur. Nam *Harleſius* Bibl. Gr. Vol. IX. pag. 171. errat ſcribens, in cod. Pariſ. gr. 2368. a. 1562. manu Nicolai Nancelii ſcripto omnes libros octo eſſe, atque initium tantum libri primi deſiderari. Codex incipit a verbis fragmenti libri ſecundi: *γὰρ αὐτοὺς ἐλάσσονος* (Wallis: *ἐλάσσονας*) *μὲν εἶναι κ. τ. λ.*

Federicus Commandinus Urbinas, qui ſtudio indefeſſo *Mathematicos Graecos* in bibliothecis latentes conquirendi, deſcribendi, in latinum ſermonem vertendi ac commentario figurisque illuſtrandi immortaliter, quod dicunt, de diſciplinis mathematicis meritus eſt, qui *Euclidis*, *Archimedis*, *Ariſtarchi Samii*, *Ptolemaei*, *Apollonii Pergaei*, *Heronis Alexandrini* ſcripta aut omnia aut plura latine vertit, nactus tandem codd. mſſ. *Collectionum Pappi Mathematicarum*, has quoque in latinam linguam transtulit. Vix autem labore finito, nondum perpolito, auctor mortuus eſt tertio m. Septembr. a. 1575, diſſidioque graviſſimo inter duas filias Commandini de hereditate exorto, *Pappus* (ut verbis editoris utar), „a Mathematicis omnibus vehementer exopta„tus, diu multumque latens, in luctu quodammodo ja„cuit," donec *Franciſcus Maria II*, Urbini Dux, discordiam, ſi dedicationem recte interpretor, et liberalitate magnificentiſſima et auctoritate ducali adeo vinceret, ut Pappus ſaltem ab heredibus traderetur, quem Dux ſtatim *Piſauri* civitate ſua typis excudendum curavit. Prodiit a. 1588, apud Hieronymum Concordiam, fol. — *Fabricius* in Bibl. Gr. ed. Harleſ. Vol. IX. pag. 173. *quatuor* hujus operis editiones enumerat: Piſauri 1588, Venet. 1589, iterum Piſauri 1602, et praeſtantiſſimam a *Carolo Manoleſſio* paratam, Bononiae 1660. Piſauranas

Digitized by Google

editiones a. 1588 et 1602 contuli; ſunt una eademque, titulo tantum mutato [a]), ut novi emtores allicerentur: pagina reſpondet paginae, linea lineae, iidem ſunt errores typographici, quibus haec editio ſcatet, eadem ſunt ſpatia inter verba et litteras. Editionem, quam a. 1589 Venetiis prodiiſſe Fabricius ſcribit, comparandi facultas mihi non fuit: novam eſſe, vix credo; aut repetitio Piſauranae illicita eſt, aut, quod veriſimilius, eadem cum Piſaurana, titulo tantum mutato. *Manoleſſius* quoque, qui re vera *novam* et ab innumeris mendis purgatam editionem procuravit, *plures* ſuam antecedentes editiones ignoraſſe videtur, *prioris editionis* vitia vituperans. Si Tibi facultas datur, hanc Venetam editionem conferendi, ultro eam conferes: peto autem ab omnibus doctis, ut, ſi forte illa Pappi editio Veneta a. 1589 iis obvenerit, eam cum Piſaurana conferant, et quid repererint, aut publice aut privatim mecum communicent. — Codices vero, quibus Commandinus uſus eſt, *ſex* tantummodo poſteriores Pappi libros, III—VIII, continebant adeoque mendis ſcatebant, ut editor interpretis laborem in textu reſtituendo navatum purgationi Augiae ſtabuli comparet.

Inter plures doctos Mathematicos, qui inde ab illo tempore in Pappi collectionibus ſtudium ſuum collocarunt, neque verſione Latina contenti ad codd. Graecos ſe converterunt, *Joannes Walliſius*, Profeſſor Geometriae Savilianus in Academia Oxonienſi, inter codd. mſſ. ab *Henrico Savilio* Bibliothecae Mathematicae in uſum

a) Prior titulus eſt: *Pappi Alexandrini Mathematicae Collectiones a Federico Commandino Urbinate in Latinum converſae et commentariis illuſtratae.* Piſauri apud Hieronymum Concordiam, 1588. Poſterior: *Federici Commandini Urbinatis Mathematici Celeberrimi exactiſſima Commentaria in libros octo Mathematicarum Collectionum Pappi Alexandrini e Graeco in Latinum a ſe accuratiſſime converſos.* Ad Sereniſſimum Franciſcum Mariam II. Urbini Ducem. Piſauri, apud Hieron. Concordiam. 1602.

Profeſſorum ſuorum datos, incidit in codicem, qui non tantum *Pappi* librum tertium cum ſequentibus, ſed *ſecundi* quoque partem non contemnendam continebat. Hoc fragmentum primum Graece et Latine edidit ad calcem *Ariſtarchi Samii* de magnitudinibus et diſtantiis ſolis et lunae, Oxon. 1688. 8., repetitumque eſt in Operum Wallifii vol. III. pag. 595. Poſtea idem fragmentum repertum eſt in cod. quodam Scaligeri in bibliotheca Leidenſi, teſte quidem catalogo, in duobus codd. Pariſ. gr. 2368 et 2440, in cod. quodam Florentino bibliothecae Laurentianae, de quo *Koëſius* meus per litteras me certiorem fecit, et in cod. Argentoratenſi, *Daſypodii* quondam, celeberrimi Commandini aemuli in colligendis Mathematicis Graecis ac deſcribendis: forſan etiam hinc inde in alio quodam cod. exſtat. Quodſi Walliſius in hoc fragmento permulta mutans, permulta inſerens, recte vidit, codex Savilianus corruptiſſimus ſit neceſſe eſt. Attamen in cod. Pariſ. no. 2368, quocum editionem Walliſii contuli, omnia fere prorſus eodem modo ſcripta ſunt, uti in Saviliano, et pauca tantum Tibi excerpere poſſum, quae memoratu digna eſſe videantur.

Propoſitio XVII: *ϱἷον μονάδων μ΄. καὶ δέον ἔστω τὸν ἐξ αὐτῶν ἀϱιθμὸν εἰπεῖν.* Articulus in Sav. omiſſus h. l. deeſſe non poteſt.

Poſt *γινόμενον* additur: *τὸ δὲ γϱαμμικὸν δῆλον ἐξ ὧν ἔδειξεν Ἀπολλώνιος.*

Propoſitio XVIII: *Ἐπὶ δὲ τοῦ θεωϱήματος ἔστω πλῆθος τὸ ἐφ᾽ ὧν τὰ ᾱ.*

μετϱείσθω πϱότεϱον ὑπὸ τετϱάδος κατὰ τὸν Ζ. μετϱεῖ δὲ αὐτοὺς καὶ δείκνυσιν ὁ Ἀπ. Hanc codicis Par. interpunctionem reddit quoque verſio latina.

Propoſitio XIX: *Ἐπὶ δὲ τοῦ ιθ̄ θεωϱήματος.*

καὶ ἄλλοι ὁσοιδηποτοῦν ἀϱιθμοὶ ἐλάσσονες δεκάδος.

καὶ ἔστω ὁ η'. In his tribus locis codicem Pariſ. veram lectionem habere, apparet. Reliqua conjecturam Wallifii, *μονάδων* pro *μονάδες* legere volentis, probant:

τοῦ γὰρ α̅ ὑποκειμένου φέρ' εἰπεῖν μονάδων κ̅, καὶ τοῦ β̅ μονάδων γ', καὶ τοῦ γ̅ μονάδων δ', καὶ τοῦ δ̅ μονάδων ε', καὶ τοῦ ε̅ μονάδων ς', ὁ ἐξ αὐτῶν στερεὸς γίνεται μονάδων ͵ζθ. ἀλλὰ καὶ ζ̅ ὄντος μονάδων β̅, ὅς ἐστι πυθμὴν τοῦ α̅, ἐκ τούτου καὶ τῶν βγδε στερεὸς γενόμενος ἔσται μονάδων ͵ζσ, ἴσος τῷ ἐκ τῶν αβγδε στερεῷ.

Sic et in ſequentibus Genitivum *μονάδων* cod. Pariſ. in ſimilibus numerorum conjunctionibus habet.

Propoſitio XX: ποιεῖ μύρια ͵δυ'. Τὸ δὲ γρ.

Propoſitio XXI: καὶ τῶν δεζ ἔσται μον. φος· αὗται (non *αὐταὶ*) *δὲ χιλ. . . καὶ μονάδων ͵ς.*

Propoſitio XXII: ὧν ἕκαστος ἔστω ἐλάσσων. τῷ ἐκ τῶν κλμ ἐπὶ τὸν αὐτῶν ζηθ.

ὁ δὲ ἐκ τῶν κλμν πυθμένων, μονάδων κδ· οὗτος δὲ γενόμενος ἐπὶ τόν. Has lectiones in textum recipiendas eſſe nemo non videt.

διὰ τὸ καὶ τὸν θ̅ αὐτῆς μετρεῖ τοὺς αβγδ.

ὅσος ἐστὶν ὁ ἐκ τῶν κλμν στερεός.

Propoſitio XXIII: „Ponatur numeri A fundus E, et *numeri*, qui fit ex ABCD, fundus ſit Z: ſolidus ex ABCD eſt centies Z." Legendum igitur eſt pro *τῷ δὲ* non *ὁ δὲ*, ſed *τοῦ δὲ*, et litterae mſſ. *ΑΒΓΔ* retinendae ſunt.

φανερὸν δὲ καὶ τοῦτο. haud male: *etiam hoc*, uti caetera quae praecedunt.

δῆλον in fine abeſt.

Propoſitio XXIV: Ἐὰν . . μετρῆται; et dein: *ἐὰν δὲ . . μὴ μετρῆται.*

Digitized by Google

Διὰ δὴ τοῦτο ἐκ τῶν λμ δύο ἑκατοντάδων. Abbreviaturam *λμ* ſcribo *λειπομένων* et reliqua immutata, uti in cod. ſunt, retineo.

τὸ δὲ γραμμικὸν ὡς Ἀπ.

Propoſitio XXV: Ἐπὶ δὲ τοῦ κε' θεωρ.

ὁ ἐκ τῶν αβγδε στερεὸς ἴσος ἐστὶ χιλίοις τοῖς λ. Scribe: *ἴσος ἐστὶν ἑκατοντάκις λ.*

Ὁ γὰρ ὑπὸ τῶν θκγδε γίνεται ἀριθμὸς μονάδων μυρίων ωμ. οὗτος δὲ χιλιάκις γενόμενος ἔσται μυριάδων ωμ, ἴσος τῷ κ. τ. λ. Locus corruptus.

Propoſitio XXVII: Τούτου δὴ τοῦ θεωρήματος προτεθεωρημένου, πρόδηλόν πως ἐστι τὸν δοθ. στίχ.

ὃν εἴληφε τὸ δεύτερον τῶν γρ. Recte; ſicuti etiam *καὶ τὸν γεν.* cod. Pariſ. reciperem in locum praepoſitionis *ἐπὶ* cod. Savil., quam Wallifius mutavit in *ἐπεὶ*, contra rationem linguae: nam *ἐπεὶ* numquam in Graecis eſt *dein*, verum ſemper conjunctio, quae duas minores partes propoſitionis cujusdam conjungit. Cfr. animadverſ. noſtras ad Thucyd. I. c. 13.

ταῦτα δὲ περιέχει ἀριθμοὺς δέκα τοὺς αρτστρσχυρ . . et paulo poſt: *τοὺς μιυθκλικοξοιννικοι.*

καὶ τοὺς γενομένους κ' προσθῶμεν (bene jam Wallifius in verſione *adjiciamus*) *τοῖς εἰρημένοις ἁπλῶς ἀριθμοῖς ἑπτακαίδεκα, τὰ γενόμενα ὁμοῦ λζ ἕξομεν.*

φανερὸν ἐκ τοῦ ἀνώτερον λογιστ. θεωρ.

μερισθέντα δὲ τὰ λζ εἰς τὸν δ'. Wallif. *μετρισθέντα.*

καὶ τῶν τοῦ μετρουμένων ὑπὸ δεκάδος. Sic eſt in cod.; lacunam vero ſupplere neſcio.

γ, quod Wall. uncis incluſum addit, in cod. Pariſ. non eſt; *δα* vero in eo leguntur. — In ſubſequentibus

codd. Sav. et Par. inter ſe conveniunt; Pariſ. tantum ante *ἐλασσόνων* articulum *τῶν* addit.

συνάγεται καὶ ὁ διὰ τῶν τοῦ στ. recte.

Inter *πυθμένας τοῦ στίχου* in cod. Par. *βε*, quos Wall. inſerit, non ſunt; poſt *γϛ̄* ſequuntur hac ſerie: *ϛεϛζϛζεε* et reliqua uti in edit.

Ante *͵ϛτν* in edit. abeſt *μυριάδες*, quod in cod. Par. legitur.

Reliqua maxima ex parte Walliſius e conjectura ſecundum rationes arithmeticas mutavit: in cod. Par. omnia fere eadem numerorum ſigna, quae e cod. Sav. annotata ſunt. Haec tantum digna videntur, quae excerpantur.

Ubivis fere ſcribitur *γίνεται*, rariſſime *γίνονται*, quod Wall. verſus finem hujus propoſitionis ubivis imprimi juſſit.

Pag. 142. edit. 1688. lin. 7. aut Walliſ. Opp. Vol. III. pag. 609. lin. 11. *ἐννέα κοῦραι, πολλαπλασιασθέντα δι' ἀλλήλων, δύνασθαι κ. τ. λ.* — Et paulo poſt: *συμφώνως τοῖς ὑπὸ Ἀπ. κ. τ. μ. ε. α. τ. β. προγεγραμμένοις.*

Pag. 145 med. et pag. 609 extr.: *Τῶν δὴ τῶν ἀναλόγων κβ' καὶ μετρ. ὑπὸ τετρ. καὶ δυάδος καὶ* (ſcr. *τῆς*) *περιλειπομένης.*

Pag. 145 extr. et pag. 610. *ὥϛτε γίνεσθαι τὸν πρότερον ὑπάρχοντα τετραπλῶν β̄, τριπλῶν ͵αωμθ, ἑπταπλῶν ͵δυβ, καὶ ἁπλῶν ͵εχ, νῦν ἐνναπλῶν β̄, ὀκταπλῶν ͵αωμθ', ἑπταπλῶν ͵δυβ, ἑξαπλῶν ͵εχ. Ἔτι δὲ περιλέλειπται.*

Plurimum autem *Collectionum Pappi* liber ſeptimus doctiorum Mathematicorum ingenia exercuit, et *Marcus Meibomius* (in dialogo de proportionibus, Hafniae 1655. fol.), *David Gregorius* (ad Euclidis

Digitized by Google

editionem, Oxon. 1703. fol.), *Edmundus Halley* (ante Apollonii Pergaei libros duos de ſectione rationis, Oxon. 1706. oct.), ac *Camerer* (ad Apollonii de Tactionibus fragmenta, Gothae. 1795. oct. et in praefatione ad verſionem Germanicam libri Apollonii de locis planis, quem Simſon e Pappo compoſuit, Lipſ. 1796. oct.) partes hujus libri, inprimis praefationem, Graece cum verſione et commentario evulgarunt: quumque Pappus in praefat. plurium *Apollonii Pergaei*, celebratiſſimi inter antiquos Mathematici, librorum deperditorum argumenta conſervaverit, alii, ut *Vieta* (Pariſ. 1600.), *Robertus Simſon* (Oxon. 1749.) ex his argumentis libros integros reſtituere conati ſunt. — Magnopere dolendum eſt, *Camererum*, ejusdem Tecum patriae, virum et linguae Graecae et rerum Mathematicarum peritiſſimum, qui Pariſiis et Argentorati codd. mſſ. Pappi contulit et aliquot capita excerpſit, non integrum codicem unum deſcripſiſſe, et quicquid collectionum conſervatum fuit, Graece cum verſione ſua, figuris ac commentario illuſtratum edidiſſe. Rariores enim ſunt, qui harum diſciplinarum cognitionem coniungunt; et utraque opus eſt, quoniam Camerer quoque de corrupto codicum Pappi mſſ. textu magnopere queritur.

Quo magis Tibi, amatiſſime, officium Tuum eſſe duco, quam celerrime manum operi admovere. Collationes meas eſſe Tuas, non eſt quod dicam; praeterque fragmentum libri ſecundi, cum Walliſii editione collatum, tertium quoque collectionum librum e Cod. Par. no. 2368. deſcripſi: reliqua adjungere per tempus non licebat. — Dein jus Tibi quoddam eſt in Pappum, certe in partem ejus aliquam, quod equidem Tibi non ſubrepturus, verum reddendo Tibi quod Tuum eſt admoniturus ſum, ut caetera a nobis diutius deſiderari non patiaris.

Digitized by Google

In codice nempe Pappi Guelpherbytano, doctis haud cognito (Harleſius eum inter codices Pappi non enumerat) *Tu primus* detexiſti, librum collectionum quartum a ſolutione problematis de *duplicatione cubi* exordiri, quae in verſione Commandini neque hoc loco legitur neque alio occurrit; nec *Reimer*, quem hac in re inſtar omnium nominare licet, in libro doctiſſimo: *Hiſtoria Problematis de Cubi Duplicatione*, Gotting. 1798. 8. pag. 13. et pag. 186—198. hanc Pappi problematis ſolutionem novit; quamquam quae e libr. III. pag. 8. verſionis Command. edit. Bonon. et e libr. VIII. pag. 463., collato *Eutocio* ad Archimed. de ſph. et cyl. lib. II. prop. 2., ab eo profertur, huic ſimilis eſt. Exſtat vero hoc fragmentum in aliis quoque Pappi codicibus mſſ., ut in Pariſienſi no. 2368. et in ſaepius jam laudato Argentoratenſi. Ex illo theorema deſcripſeram; folium vero, in quo deſcriptum erat, amiſſum eſſe videtur. Maximas igitur gratias ago et habeo *Langero* noſtro, cujus humanitatem in libris et impreſſis et ſcriptis procurandis nos haud ſatis laudare poſſumus, quod, quamquam ſenex, propria manu e codice hoc theorema in uſum meum deſcripſit; ſcis enim, propoſitiones mathematicas, praeſertim figuris carentes, transſcribendi laborem haud jucundum eſſe. — Utque mathematici, qui Graeca non legunt, nihil deſiderent, fortuna inexſpectata adjuvit. *Nickelius*, Profeſſor gymnaſii Eliſabethani, propter ambitum ac profunditatem doctrinae, maxime mathematicae et philologicae, amicis ac diſcipulis magis provectis aeſtumatiſſimus, hoc Pappi problema a mendis codicis purgavit, verſione latina et figura, quae in codice non eſt, illuſtravit. Te omnesque lectores mecum viro doctiſſimo gratias quam maximas acturos eſſe perſuaſum mihi habeo, quod laborem injucundum ſuſceperit. Optarem vero, ut his publicis gratiis ei actis

admoneretur, ne (Tibi haud diſſimilis) ſibi tantum vivat vir doctus, cujus tota vita occupatur in rebus novis exquirendis aut traditis corrigendis.

Sic hoc fragmentum ad Te, amice, redit, quod certe Tibi quoque multas conſuetudinis noſtrae Helmſtadienſis jucundiſſime peractas horas in memoriam revocabit. Nunquam heu! tempora iſta nobis redibunt; haec tamen eorum memoria manet atque manebit, incommoda vitae mutatae et inopiam familiaritatis interioris quodammodo conſolatura. Vale ac fave.

Digitized by Google

PAPPI ALEXANDRINI
THEOREMA
DE DUPLICATIONE CUBI.

Ἄλλως τὸ δέκατον θεώρημα ἐν τῷ τρίτῳ τῆς τοῦ Πάππου συναγωγῆς, καὶ τὴν ἀπόδειξιν περιέχον, καὶ τὴν ὀργανικὴν κατασκευὴν τοῦ τε διπλασιασμοῦ τοῦ κύβου, καὶ τῶν δύο μέσων ἀνάλογον. a)



a) Haec verba in codd. in ſpatio inter tertium et quartum librum ſcripta ſunt: ultima verba autem corrupta, in Guelph. τῶν διὰ μέσων ἀνάλογον; in Pariſ. τῶν δύα μέσων ἀναλόγων.

Ἔστω κύκλος ὁ αβγ περὶ κέντρον τὸ δ· διάμετροι δὲ αὐτοῦ πρὸς ὀρθὰς ἀλλήλαις ἔστωσαν, αἱ αδγ βδε, καὶ διήχθωσαν αἱ εμθ βθζη, b) ὥστε ἴσην εἶναι τὴν θζ τῇ ζη· λέγω ὅτι ἔστιν ὡς ἡ εδ πρὸς δμ, οὕτως ὁ ἀπὸ τῆς εδ κύβος πρὸς τὸν ἀπὸ τῆς δζ κύβον.

Ἐπεζεύχθω γὰρ ἡ ηδ καὶ ἐκβεβλήσθω ἐπὶ τὸ λ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ λθ καὶ ἡ λε· παράλληλος ἄρα ἡ θλ τῇ αδγ, καὶ ἡ βη τῇ λε. c) Ἐπεὶ οὖν ἡ λκ ἐν ἡμικυκλίῳ d) τῷ βλε κάθετος ἦκται ἐπὶ τὴν βδε, ἡ κλ ἄρα μέση ἀνάλογόν ἐστι τῶν εκ κβ. ἔστιν ἄρα ὡς τὸ ἀπὸ τῆς εκ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς κλ, οὕτως ἡ εκ πρὸς κβ· τουτέστιν ὡς τὸ ἀπὸ τῆς βδ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς δζ, e) οὕτως ἡ δζ πρὸς δμ. f) κοινοῦ ἄρα προςληφθέντος λόγου τοῦ τῆς ζδ πρὸς τὴν τρίτην ἀνάλογον τῶν βδ δζ, g) ἔσται ὡς ἡ βδ πρὸς τὴν δμ, οὕτως ὁ ἀπὸ τῆς βδ κύβος πρὸς τὸν ἀπὸ τῆς δζ· τουτέστιν ὡς ἡ εδ πρὸς τὴν δμ, οὕτως ὁ ἀπὸ τῆς εδ κύβος πρὸς τὸν ἀπὸ τῆς δζ.

Ὀργανικῶς δὲ κατασκευασθήσεται τοῦτον τὸν τρόπον.

Ἔστω τύμπανον h) πρὸς κανόνα ἀπωρθωμένον, ἐν ᾧ, καταγραφέντος κύκλου κέντρῳ καὶ διαστήματι i) ἐλάττονι

b) Maxime corruptas eſſe in codd. Mathematicorum mſſ. litteras et numeros, cod. quoque Guelph. teſtimonio eſſe poteſt, praeſertim ſi figurae deſunt.

c) Nimirum quia $\vartheta\zeta = \zeta\eta$, et $\eta\delta = \delta\lambda$, erit $\eta\zeta : \zeta\vartheta = \eta\delta : \delta\lambda$; unde parallelismus ſequitur. *Nick.*

d) In cod. eſt ἡμιολίῳ. *N.*

e) In cod. eſt πρὸς τὸ αδζ. *N.*

f) Eſt enim

$\varepsilon\kappa : \kappa\lambda = \kappa\lambda : \kappa\beta$;

$\varepsilon\kappa : \kappa\lambda = \varepsilon\kappa : \kappa\lambda$: et hinc proportionibus compoſitis

$\varepsilon\kappa^2 : \kappa\lambda^2 = \varepsilon\kappa : \kappa\beta$. Porro propter ſimilitudinem triangulorum $\beta\delta\zeta$, $\varepsilon\kappa\lambda$, eſt $\varepsilon\kappa : \kappa\lambda = \beta\delta : \delta\zeta$; et $\varepsilon\kappa^2 : \kappa\lambda^2 = \beta\delta^2 : \delta\zeta^2$. Sed $\beta\delta : \delta\zeta = \kappa\beta : \kappa\vartheta$; et

$\delta\mu : \varepsilon\delta = \kappa\vartheta : \varepsilon\kappa$: hinc compoſitis rationibus (nam $\beta\delta$ et $\varepsilon\delta$ ſunt diametri unius circuli)

$\delta\mu : \delta\zeta = \kappa\beta : \varepsilon\kappa$; id eſt ex praecedentibus: $\beta\delta^2 : \delta\zeta^2 = \delta\zeta : \delta\mu$. *N.*

Sit circulus $\alpha\beta\gamma$ deſcriptus circa centrum δ, ejusque diametri $\alpha\delta\gamma$, $\beta\delta\varepsilon$ ſunto ſibi invicem perpendiculares; ac ducantur rectae $\varepsilon\mu\vartheta$, $\beta\vartheta\zeta\eta$, ſic ut ſit $\vartheta\zeta = \zeta\eta$: dico eſſe $\varepsilon\delta : \delta\mu = \varepsilon\delta^3 : \delta\zeta^3$.

Ducatur enim (diameter) $\eta\delta$, et producatur donec ſecet circulum in puncto λ; ducatur porro $\lambda\vartheta$ et $\lambda\varepsilon$: erunt $\lambda\vartheta$ et $\alpha\delta\gamma$ ſibi invicem parallelae, uti et $\beta\eta$, $\lambda\varepsilon$. Quia igitur $\lambda\varkappa$ in ſemicirculo perpendicularis eſt diametro $\overline{\beta\delta\varepsilon}$, erit $\overline{\varkappa\lambda}$ media proportionalis inter $\overline{\varepsilon\varkappa}$ et $\overline{\varkappa\beta}$. Quare erit

$$\overline{\varepsilon\varkappa}^2 : \overline{\varkappa\lambda}^2 = \overline{\varepsilon\varkappa} : \varkappa\beta; \text{ i. e.}$$
$$\overline{\beta\delta}^2 : \overline{\delta\zeta}^2 = \overline{\delta\zeta} : \delta\mu.$$

Si ergo proportio linearum $\overline{\beta\delta}$ et $\overline{\delta\zeta}$ dupliciter additur ($\beta\delta : \delta\zeta = \beta\delta : \delta\zeta$): erit

$$\beta\delta : \delta\mu = \beta\delta^3 : \delta\zeta^3; \text{ i. e.}$$
$$\varepsilon\delta : \delta\mu = \varepsilon\delta^3 : \delta\zeta^3.$$

Ope inſtrumenti problematis demonſtratio ita conſtruetur.

Sic tabula plana rotunda, inque ea deſcriptus circulus radio, tabulae radio minore; ac per centrum du-

---

g) Senſus loci patere mihi videtur, ad quem ſignificandum his tantum opus eſſet: *λόγου τοῦ τῆς ζδ πρὸς τὴν βδ*; quid *ἡ τρίτη ἀνάλογον* h. l. ſibi velit, non video.

h) Verti *τύμπανον tabulam rotundam*, quia ei centrum tribuitur. Fortaſſe veteres mathematici ejusmodi tabulam in uſum quotidianum ſemper ad manus habebant. Sed non opus eſt, ut ſit rotunda: quaevis alia, modo ſit plana (id enim verba *πρὸς κανόνα ἀπωρθωμένον* ſignificant) huic uſui inſervire poterit, ut ex conſtructione facile patet. *N.*

i) Locum vitio quodam laborare patet: *τῆς* reſpicit ſubſtantivum foemininum, quod in cod. non eſt; *κέντρῳ* abſurde abſolute poneretur, abſurde cum *ἐλάττονι* conjungeretur. *Senſum* habes, ſi ſcripſeris: *καταγρ. κύκλου τῇ ἀπὸ κέντρου ἐλάττονι τῆς*.

τῆς ἀπὸ τοῦ κέντρου τοῦ τυμπάνου, ὡς τοῦ αβγ, πρὸς ὀρθὰς ἤχθωσαν ἀλλήλαις διὰ τοῦ κέντρου αἱ βδε, αδγ. καὶ κατὰ τὸ β σημεῖον τρηματίου [k]) γενομένου, ἐμβεβλήσθω εἰς αὐτὸ ἀξόνιον κυκλοτερὲς, καὶ περὶ τὸ ἀξόνιον περιβεβλήσθω κανὼν, διατρηθεὶς καὶ αὐτὸς, ὡς ὁ βθζη, ὥστε εὐλύτως περὶ τὸ β κέντρον περιάγεσθαι, περόνης ἐμβληθείσης εἰς τὸ ἀξόνιον, τῆς κατεχούσης ἐν τῇ περιαγωγῇ τὸν κανόνα. Τούτων δὲ οὕτως γενομένων, κύβος κύβου πολυπλάσιος καθ' ὁποῖον οὖν ἀριθμὸν ῥαδίως κατασκευασθήσεται. — Προκείσθω δὲ διπλασίονα κατασκευάσαι. Λαβόντες γὰρ τὴν δε διπλάσιον τῆς δμ ἐπιζεύξομεν κανόνι τὴν εμθ, καὶ τὸν κανόνα τὸν βθζη κινήσομεν περὶ τὸ β κέντρον, ἕως ἂν αὐτῷ μέση γραμμὴ, ἡ μεταξὺ τῶν θ, η, [l]) διχοτομηθῇ ὑπὸ τῆς αδ κατὰ τὸ ζ σημεῖον, ὥστε ἴσην εἶναι τὴν θζ τῇ ζη. τοιαύτην γὰρ θέσιν τοῦ κανόνος λαβόντος, ἀφορισθήσεται ἡ δζ, ἀφ' ἧς ὁ ζητούμενος κύβος ἀναγραφήσεται ἀκολούθως τῇ ἀποδείξει.

Μαθηματικώτερον δὲ συνταχθείη ἂν τὸ αὐτὸ πρόβλημα οὕτως. [m])

Ἔστω κύκλος ὁ αβγ περὶ κέντρον τὸ δ· πρὸς ὀρθὰς δὲ ἀλλήλαις διηγμέναι αἱ αδγ βδε, καὶ ἀπὸ τοῦ β πρὸς τὴν περιφέρειαν τοῦ κύκλου ἐντὸς προπίπτουσα [n]) βζη. μείζων ἄρα ἐστὶν ἡ βζ τῆς ζη. ἐπεὶ γὰρ ἡ βε διὰ τοῦ κέντρου οὖσα μείζων ἐστὶ τῆς βη, καὶ ἡ ἡμίσεια ἄρα τῆς ἡμισείας μείζων· μείζων ἄρα ἡ βδ τῆς ἡμισείας τῆς βη. ἡ δὲ βζ μείζων ἐστὶ τῆς βδ· πολλῷ ἄρα ἡ βζ μείζων ἐστὶ τῆς ἡμισείας τῆς βη [o]) καὶ τῆς ηζ. Ἐπεὶ ἡ βζ μείζων ἐστὶ τῆς ζη, ἴση τῇ ζη κείσθω ἡ θζ· λέγω ὅτι ἔστιν ὡς ἡ εδ πρὸς τὴν δμ, οὕτως ὁ ἀπὸ τῆς εδ κύβος πρὸς τὸν ἀπὸ τῆς δζ.

---

k) Retinendam eſſe putavimus hanc formam, quamvis in lexicis noſtris omiſſam, diminutivi τοῦ τρήματος. Poſtea ὁποιοσανοῦν maſim ſcriptum.

cantur ſibi invicem perpendiculares $\beta\delta\epsilon$, $\alpha\delta\gamma$. Perforetur tabula in puncto β, et inſeratur foramini axis parva circularis, cui applicetur regula $\beta\vartheta\zeta\eta$, itidem perforata, ut, acu per foramen ejus in axem immiſſo, facile circa centrum β circumagi poſſit, dum vero circumagitur, teneatur. Quo facto cubus e cubo ſecundum quamvis rationem datam facile multiplicabitur. — Proponatur v. c. duplicatio ejus. Facta igitur $\delta\mu = \frac{1}{2}\,\delta\epsilon$, ducetur ad regulam (Lineal) $\epsilon\mu\vartheta$, et regula $\beta\vartheta\zeta\eta$ circa centrum β circumagetur, donec eâ media quaedam linea, v. c. inter ϑ et η, a diametro $\alpha\delta$ biſariam ſecetur in puncto ζ, ita ut ſit $\vartheta\zeta = \zeta\eta$. Hoc enim ſitu regulae definietur recta $\delta\zeta$, cum qua cubus quaeſitus deſcribetur, ut ex demonſtratione patet.

Accuratius et mathematica magiſtratione idem problema ſolvetur modo ſequenti.

Sit circulus $\alpha\beta\gamma$ deſcriptus circa centrum δ; rectae $\alpha\delta\gamma$, $\beta\delta\epsilon$ ſint ſibi invicem perpendiculares, et e puncto β verſus peripheriam intra circulum ſit ducta recta $\beta\zeta\eta$. Eſt ergo $\beta\zeta > \zeta\eta$. Nam cum $\beta\epsilon$ per centrum transeat, eſt $\beta\epsilon > \beta\eta$, dimidium ergo majus dimidio; hinc ergo $\beta\delta\ (= \frac{1}{2}\,\beta\epsilon) > \frac{1}{2}\,\beta\eta$. Sed $\beta\zeta > \beta\delta$; multo magis igitur $\beta\zeta > \frac{1}{2}\,\beta\eta$, et $\beta\zeta > \eta\zeta$. Quia igitur $\beta\zeta > \zeta\eta$, fiat vero $\vartheta\zeta = \zeta\eta$: dico fore

$$\epsilon\delta : \delta\mu = \epsilon\delta^3 : \delta\zeta^3.$$

---

l) In cod. eſt: ἐὰν αὐτῷ μέση γραμμὴ μεταξὺ τῶν θη. *N.*

m) In cod. ὑπομνηματικώτερον δὲ; et a manu correctoris συνταχθείη, qui vero ſequens ἢ non delevit. Scilicet Codex συνταχθὲν — ἢ οὕτως dabat. *N.*

n) Cod.: προπίπτουσαν. *N.*

o) In cod. τῆς ἡμισείας omiſſum eſt. *N.*

Ἐπεζεύχθω γὰρ ἡ ηδ καὶ ἐκβεβλήσθω ἐπὶ τὸ λ, καὶ ἐπεζεύχθω ἡ λθ καὶ ἡ λε· παράλληλος ἄρα ἡ θλ τῇ αδγ καὶ ἡ βη τῇ λε. ἐπεὶ γὰρ ἴση ἐστὶν ἡ μὲν θζ τῇ ζη διὰ τὴν ὑπόθεσιν, ἡ δὲ λδ τῇ δη διὰ τὸ ἑκατέραν αὐτῶν ἀπὸ τοῦ κέντρου τοῦ κύκλου εἶναι· ἔστιν ὡς ἡ θζ πρὸς τὴν ζη, οὕτως ἡ λδ πρὸς τὴν δη. ἐὰν τριγώνου ἀνάλογον τμηθῶσιν αἱ πλευραὶ, p) ἡ ἐπὶ τὰς τομὰς ἐπιζευγνυμένη εὐθεῖα παράλληλός τῇ λοιπῇ ἐστι τοῦ τριγώνου πλευρᾷ· q) παράλληλος ἄρα ἡ θλ τῇ ζδ. Καὶ ἐπειδὴ δύο αἱ βδ δη δυσὶ ταῖς λδ δε ἴσαι εἰσὶ, καὶ γωνία ἡ ὑπὸ βδη τῇ ὑπὸ λδε ἐστὶν ἴση· καὶ βάσις ἡ βη βάσει τῇ λε ἐστὶν ἴση, καὶ τὸ τρίγωνον τῷ τριγώνῳ, καὶ αἱ λοιπαὶ γωνίαι ἴσαι εἰσὶν ἑκατέρα, ὑφ᾽ ἃς αἱ ἴσαι πλευραὶ ὑποτείνουσιν. ἴση ἄρα ἡ μὲν ὑπὸ ελη τῇ ὑπὸ ληβ, ἡ δὲ ὑπὸ ηβδ τῇ ὑπὸ βελ, καὶ εἰσὶν ἐναλλάξ· παράλληλος ἄρα ἡ βη τῇ λε. Καὶ ἐπεὶ παράλληλός ἐστιν ἡ κλ τῇ δγ, αἱ ὑπὸ λκδ, κδγ δυσὶν ὀρθαῖς ἴσαι εἰσὶν, ὧν ὀρθὴ ἡ ὑπὸ κδγ, καὶ ἡ ὑπὸ λκδ ὀρθή ἐστι· πρὸς ὀρθὰς ἄρα ἡ κλ τῇ βε. r) Καὶ ἐπεὶ ἐν ἡμικυκλίῳ τῷ βλε πρὸς ὀρθὰς ἦκται ἡ κλ, μέση ἀνάλογόν ἐστιν ἡ λκ τῶν εκ κβ. ἔστιν ἄρα ὡς τὸ ἀπὸ τῆς εκ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς κλ, οὕτως ἡ εκ πρὸς κβ. Καὶ ἐπειδὴ παράλληλός ἐστιν ἡ μὲν βζ τῇ λε, ἡ δὲ θλ τῇ ζξ, ὅμοιόν ἐστι τὸ μὲν λκε τρίγωνον τῷ βκθ· τὸ δὲ βκθ τῷ βδζ· καὶ ἔτι τὸ μὲν θκε ὅμοιόν ἐστι τῷ μδε· τὸ δὲ λκε τῷ ξδε. ἰσογώνιον οὖν ἕκαστον ἑκάστῳ. ἔστιν ἄρα

p) Mallem h. l. ſcribere: ἐὰν δὲ τριγ. ἀνάλ. τμηθῶσιν δύο πλευραί: tunc, quaenam linea ἡ λοιπὴ ſit, patet.

q) In cod.: εὐθεῖα παρὰ τὴν λοιπήν ἐστι τοῦ τρ. πλευράν. N.

r) In cod. eſt: καὶ ὑπὸ λκθ, articulo omiſſo; poſt λκθ inſeritur ἄρα, loco maxime incommodo; abeſt poſt πρὸς ὀρθὰς, quo in loco deeſſe non poſſe videtur. N.

Ducatur enim $\eta\delta$ et producatur, donec ſecet circulum in puncto λ, a quo ducantur $\lambda\vartheta$ et $\lambda\varepsilon$: parallelae erunt $\vartheta\lambda$ et $\alpha\delta\gamma$, uti etiam $\beta\eta$ et $\lambda\varepsilon$. Nam quia $\vartheta\zeta = \zeta\eta$ per hypotheſin, et $\lambda\delta = \delta\eta$, cum utraque harum rectarum ſit radius circuli, erit $\vartheta\zeta : \zeta\eta = \lambda\delta : \delta\eta$. Sectis autem duobus trianguli lateribus in eadem ratione, recta ad interſectionum puncta ducta, parallela eſt tertio trianguli lateri. Parallelae igitur ſibi ſunt $\vartheta\lambda$ et $\zeta\delta$. Et quia duae $\beta\delta$, $\delta\eta$ duabus $\lambda\delta$, $\delta\varepsilon$ aequales ſunt, et angulus $\beta\delta\eta$ aequalis angulo $\lambda\delta\varepsilon$; erit etiam baſis $\beta\eta$ aequalis baſi $\lambda\varepsilon$, $\Delta\,\beta\delta\eta = \Delta\,\lambda\delta\varepsilon$, et reliqui anguli, aequalibus lateribus oppoſiti, aequales erunt. Hinc $\llcorner\,\varepsilon\lambda\eta = \llcorner\,\lambda\eta\beta$, et $\llcorner\,\eta\beta\delta = \llcorner\,\beta\varepsilon\lambda$, qui anguli cum ſint alterne poſiti, efficiunt, ut $\beta\eta$ et $\lambda\varepsilon$ ſibi ſint parallelae. Et quia $\varkappa\lambda$, $\delta\gamma$ ſibi ſunt parallelae, ſumma angulorum $\lambda\varkappa\delta$, $\varkappa\delta\gamma$ duobus rectis aequalis eſt, quorum $\varkappa\delta\gamma$ cum ſit rectus, etiam $\lambda\varkappa\delta$ rectus erit; perpendicularis ergo eſt $\lambda\varkappa$ rectae $\beta\varepsilon$. Quae $\lambda\varkappa$ cum ſit in ſemicirculo $\beta\lambda\varepsilon$ perpendicularis, media erit proportionalis inter $\varepsilon\varkappa$ et $\varkappa\beta$. Eſt igitur

$$1)\quad \varepsilon\varkappa^2 : \varkappa\lambda^2 = \varepsilon\varkappa : \varkappa\beta.$$

Et cum ſint inter ſe parallelae $\beta\zeta$ et $\lambda\varepsilon$, $\vartheta\lambda$ et $\zeta\xi$; ſibi ſimilia erunt triangula $\lambda\varkappa\varepsilon$ et $\beta\varkappa\vartheta$, nec non $\beta\varkappa\vartheta$ et $\beta\delta\zeta$; ac praeterea triangulum $\vartheta\varkappa\varepsilon$ ſimile erit triangulo $\mu\delta\varepsilon$, et triangulum $\lambda\varkappa\varepsilon$ triangulo $\xi\delta\varepsilon$: anguli ergo triangulorum ſimilium aequales erunt. Quare habebimus

ἄρα ὡς τὸ ἀπὸ τῆς εκ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς κλ, οὕτω τὸ ἀπὸ τῆς βκ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς θκ. ὡς δὲ τὸ ἀπὸ τῆς βκ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς κθ, οὕτω τὸ ἀπὸ τῆς βδ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς δζ. ὡς ἄρα ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς εκ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς κλ, οὕτως ἐστὶ τὸ ἀπὸ τῆς βδ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς δζ. ἀλλ' ὡς τὸ ἀπὸ τῆς εκ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς κλ, οὕτως ἡ εκ πρὸς τὴν κβ· καὶ ὡς ἄρα ἡ εκ πρὸς τὴν κβ, οὕτως τὸ [s]) ἀπὸ τῆς βδ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς δζ. Πάλιν (ἐπεὶ ὅμοιόν ἐστι τὸ μὲν λκε τρίγωνον τῷ βκθ, τὸ δὲ θκε τῷ μδε, καὶ τὸ λκε τῷ ξδε, διὰ τὸ τὰς παραλλήλους ἰσογώνια αὐτὰ ποιεῖν) [t]) ἔστιν ὡς μὲν ἡ εκ πρὸς κλ, οὕτως ἡ βκ πρὸς τὴν κθ, καὶ ἐναλλὰξ ὡς ἡ εκ πρὸς τὴν κβ, οὕτως ἡ λκ πρὸς τὴν κθ· ὡς δὲ ἡ εκ πρὸς κλ, οὕτως ἡ εδ πρὸς τὴν δξ, καὶ ἐναλλὰξ ὡς ἡ κε πρὸς τὴν εδ, οὕτως ἡ κλ πρὸς τὴν δξ. ὁμοίως καὶ ἐπεὶ [v]) ὡς ἡ εκ πρὸς τὴν κθ, οὕτως ἡ εδ πρὸς δμ, καὶ ἐναλλὰξ ὡς ἡ κε πρὸς εδ, οὕτως ἡ κθ πρὸς τὴν δμ· δι' ἴσου ἄρα ἐστὶν ὡς ἡ κλ πρὸς τὴν δξ, οὕτως ἡ θκ πρὸς τὴν δμ, καὶ ἐναλλὰξ ὡς ἡ λκ πρὸς τὴν κθ, οὕτως ἡ ξδ πρὸς δμ. ἀλλ' ὡς ἡ λκ πρὸς τὴν κθ, οὕτως ἡ εκ πρὸς κβ· καὶ ὡς ἄρα ἡ εκ πρὸς τὴν κβ, οὕτως ἡ ξδ πρὸς τὴν δμ. ἴση δὲ ἡ ξδ τῇ δζ. ἔστιν ἄρα ὡς ἡ εκ πρὸς τὴν κβ, οὕτως ἡ ζδ πρὸς τὴν δμ. ἀλλ' ὡς ἡ εκ πρὸς τὴν κβ, οὕτω τὸ ἀπὸ τῆς βδ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς δζ· καὶ ὡς ἄρα τὸ ἀπὸ τῆς βδ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς δζ, οὕτως ἡ ζδ πρὸς τὴν δμ. — Ὅτι δὲ ἴση ἐστὶν ἡ ξδ τῇ δζ δῆλον. Ἐπεὶ γὰρ παράλληλός ἐστιν ἡ λξ τῇ ζη, ἰσογώνιόν ἐστι τὸ λξδ τρίγωνον τῷ ζδη. καὶ ἐπεὶ δύο τρίγωνά ἐστι τὰ λξδ, ζδη, τὰς δύο γωνίας, τὰς ὑπὸ ξδλ, δλξ, ταῖς ὑπὸ ζδη, δηζ δυσὶν ἴσας ἔχοντα καὶ μίαν πλευρὰν τὴν λδ μιᾷ πλευρᾷ τῇ δη ἴσην, καὶ αἱ λοιπαὶ ἄρα πλευραὶ ταῖς λοιπαῖς ἴσαι

s) Articulus τὸ in cod. omiſſum eſt. *N.*

Digitized by Google

2) $\varepsilon\kappa^2 : \kappa\lambda^2 = \beta\kappa^2 : \kappa\vartheta^2$.

3) $\beta\kappa^2 : \kappa\vartheta^2 = \beta\delta^2 : \delta\zeta^2$.

4) $\varepsilon\kappa^2 : \kappa\lambda^2 = \beta\delta^2 : \delta\zeta^2$. Cum vero ſecundum no. 1: $\varepsilon\kappa^2 : \kappa\lambda^2 = \varepsilon\kappa : \kappa\beta$; eſt

5) $\varepsilon\kappa : \kappa\beta = \beta\delta^2 : \delta\zeta^2$.

Dein (cum ſimilia ſibi ſunt triangula $\lambda\kappa\varepsilon$ et $\beta\kappa\vartheta$, $\vartheta\kappa\varepsilon$ et $\mu\delta\varepsilon$, $\lambda\kappa\varepsilon$ et $\xi\delta\varepsilon$, quia parallelae efficiunt, ut anguli eorum aequales ſint) eſt

6) $\varepsilon\kappa : \kappa\lambda = \beta\kappa : \kappa\vartheta$; et mediis tranſpoſitis

7) $\varepsilon\kappa : \kappa\beta = \lambda\kappa : \kappa\vartheta$; eſt

8) $\varepsilon\kappa : \kappa\lambda = \varepsilon\delta : \delta\xi$; et mediis tranſpoſitis

9) $\kappa\varepsilon : \varepsilon\delta = \kappa\lambda : \delta\xi$.

Simili ratione cum eſt

10) $\varepsilon\kappa : \kappa\vartheta = \varepsilon\delta : \delta\mu$, mediisque tranſpoſitis

11) $\kappa\varepsilon : \varepsilon\delta = \kappa\vartheta : \delta\mu$; aequali modo ſe habent

12) $\kappa\lambda : \delta\xi = \vartheta\kappa : \delta\mu$ (9), mediisque tranſpoſitis

13) $\lambda\kappa : \kappa\vartheta = \xi\delta : \delta\mu$. Eſt vero

$\lambda\kappa : \kappa\vartheta = \varepsilon\kappa : \kappa\beta$ (7); ergo

14) $\varepsilon\kappa : \kappa\beta = \xi\delta : \delta\mu$.

Aequalis vero eſt $\xi\delta$ rectae $\delta\zeta$. Eſt ergo

15) $\varepsilon\kappa : \kappa\beta = \zeta\delta : \delta\mu$. Secundum no. 5. eſt autem $\varepsilon\kappa : \kappa\beta = \beta\delta^2 : \delta\zeta^2$; ergo

16) $\beta\delta^2 : \delta\zeta^2 = \zeta\delta : \delta\mu$.

Eſſe vero $\xi\delta = \delta\zeta$ facile patet. Nam cum parellelae ſint rectae $\lambda\xi$ et $\zeta\eta$, triangula $\lambda\xi\delta$, $\zeta\delta\eta$ angulos aequales habent; cumque in his duobus triangulis ſit $\angle\xi\delta\lambda = \angle\zeta\delta\eta$, et $\angle\delta\lambda\xi = \angle\delta\eta\zeta$, et latus $\lambda\delta$ = lateri $\delta\eta$: reliqua quo-

t) Haec verba, ſi auctoris, prorſus otioſa ſunt; nam paulo ante eadem ſunt dicta ac demonſtrata. *N.*

v) Si verba καὶ ἐπεὶ abeſſent, nemo ea deſideraret. *N.*

ἔσονται, ἑκατέρα ἑκατέρᾳ τῶν ὑποτεινουσῶν τὰς ἴσας γωνιῶν. ἴση ἄρα ἡ δξ τῇ δζ. — Κοινοῦ ἄρα προςληφθέντος λόγου τοῦ τῆς ζδ πρὸς τὴν τρίτην ἀνάλογον τῶν βδ δζ· ἔσται ὡς ἡ βδ πρὸς τὴν δμ, οὕτως ὁ ἀπὸ τῆς βδ κύβος πρὸς τὸν ἀπὸ τῆς δζ, τουτέστιν ὡς εδ πρὸς μδ, οὕτως ὁ ἀπὸ τῆς εδ κύβος πρὸς τὸν ἀπὸ τῆς δζ.

Καὶ τούτοις ἀκολούθως δύο τῶν εδ, δμ δοθεισῶν, ληψόμεθα τὰς δύο μέσας ἀνάλογον ἐν τῇ συνεχεῖ ἀναλογίᾳ. Ἐκκείσθωσαν ταῖς εδ δζ δμ ἴσαι αἱ εδ δζ δμ. καὶ ἐπεὶ δέδεικται, ὡς τὸ ἀπὸ τῆς εδ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς δζ, οὕτως ἡ δζ πρὸς τὴν δμ, δῆλον ὡς ἡ δμ οὐκ ἔστι τρίτη ἀνάλογον τῶν εδ δζ. εἰ γὰρ δυνατόν ἐστιν, ὅτι ἡ δμ τρίτη ἀνάλογον τῶν εδ δζ· x) ἔστιν ὡς ἡ εδ πρὸς τὴν δζ, οὕτως ἡ δζ πρὸς τὴν δμ. καὶ ὡς ἄρα τὸ ἀπὸ τῆς εδ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς δζ, οὕτως ἡ εδ πρὸς δμ. ἀλλ' ὡς τὸ ἀπὸ τῆς εδ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς δζ, οὕτως ἡ δζ πρὸς δμ. δι' ἴσου ἄρα ἐστὶν, ὡς ἡ εδ πρὸς τὴν δμ, οὕτως ἡ δζ πρὸς τὴν δμ. ἑκατέρα ἄρα τῶν εδ δζ πρὸς τὴν δμ τὸν αὐτὸν ἔχει λόγον· ἴση ἄρα ἐστὶν ἡ εδ τῇ δζ. ὅπερ ἀδύνατον· μείζων γὰρ ἡ εδ τῆς δζ· οὐκ ἄρα ἡ δμ τρίτη ἀνάλογόν ἐστι τῶν εδ δζ. — Εἰλήφθω τῶν εδ δζ τρίτη ἀνάλογον ἡ δπ. ἐπεὶ οὖν τῶν εδ δζ τρίτη ἀνάλογόν ἐστι ἡ δπ, ἐστὶν ὡς ἡ εδ πρὸς τὴν δζ, οὕτως ἡ δζ πρὸς τὴν δπ. καὶ ὡς ἄρα τὸ ἀπὸ τῆς δε πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς δζ, οὕτως ἡ εδ πρὸς τὴν δπ. ἀλλ'

x) In cod. eſt: εἰ γὰρ δυνατόν ἐστιν, ἡ δμ τρίτη ἀνάλογον τῶν εδ δζ. ἐπεὶ οὖν ἡ δμ τρίτη ἀνάλογόν ἐστι τῶν εδ δζ, ἔσται ὡς ἡ εδ κ. τ. λ.

Digitized by Google

que latera aequalibus angulis oppoſita, aequalia erunt. Eſt ergo $\delta\xi = \delta\zeta$. — Communi igitur ratione $\beta\delta : \delta\zeta$ aſſumta, i. e. compoſitis hisce duabus proportionibus

$$\delta\zeta : \delta\mu = \beta\delta^2 : \delta\zeta^2, \text{ et}$$
$$\underline{\beta\delta : \delta\zeta = \beta\delta \;\; : \delta\zeta}; \text{ prodit}$$
$$\beta\delta : \delta\mu = \beta\delta^3 : \delta\zeta^3, \text{ ſive}$$
$$\varepsilon\delta : \delta\mu = \varepsilon\delta^3 : \delta\zeta^3.$$

Hinc datis duabus rectis $\varepsilon\delta$, $\delta\mu$, accipiemus duas medias proportionales, ut ſint in proportione continua. Ducantur nempe tribus hisce $\varepsilon\delta$ $\delta\zeta$ $\delta\mu$ aequales $\varepsilon\delta$ $\delta\zeta$ $\delta\mu$. Et cum demonſtratum eſt, eſſe $\varepsilon\delta^2 : \delta\zeta^2 = \delta\zeta : \delta\mu$; apparet, non eſſe $\delta\mu$ tertiam proportionalem ad $\varepsilon\delta$ $\delta\zeta$. Si enim fieri poſſit, ut $\delta\mu$ ſit tertia proportionalis ad $\varepsilon\delta$ $\delta\zeta$; eſt

$$\varepsilon\delta \;\; : \delta\zeta \;\; = \delta\zeta : \delta\mu, \text{ et}$$
$$\varepsilon\delta^2 : \delta\zeta^2 = \varepsilon\delta : \delta\mu.$$

(Nempe ſi proportio $\varepsilon\delta : \delta\zeta = \delta\zeta : \delta\mu$ componatur cum hac $\underline{\varepsilon\delta \;\; : \delta\zeta \;\; = \varepsilon\delta : \delta\zeta}$;

prodit $\varepsilon\delta^2 : \delta\zeta^2 = \varepsilon\delta : \delta\mu$.)

Sed $\varepsilon\delta^2 : \delta\zeta^2 = \delta\zeta : \delta\mu$; unde ſequitur

$$\varepsilon\delta \;\; : \delta\mu \;\; = \delta\zeta : \delta\mu.$$

Habent ergo $\varepsilon\delta$, $\delta\zeta$ eandem rationem ad $\delta\mu$; eſt igitur $\varepsilon\delta = \delta\zeta$, quod fieri nequit, quia $\varepsilon\delta > \delta\zeta$. Non igitur $\delta\mu$ tertia proportionalis eſt ad $\varepsilon\delta$ $\delta\xi$.

Facta ſit $\delta\pi$ = tertiae proportionali ad $\varepsilon\delta$ $\delta\zeta$. Erit ergo

$$\varepsilon\delta \;\; : \delta\zeta \;\; = \delta\zeta : \delta\pi; \text{ et}$$
$$\varepsilon\delta^2 : \delta\zeta^2 = \varepsilon\delta : \delta\pi,$$

(compoſitis nempe his duabus proportionibus:

$$\varepsilon\delta \;\; : \delta\zeta \;\; = \delta\zeta : \delta\pi.$$
$$\underline{\varepsilon\delta \;\; : \delta\zeta \;\; = \varepsilon\delta : \delta\zeta.}$$
$$\varepsilon\delta^2 : \delta\zeta^2 = \varepsilon\delta : \delta\pi.)$$

Digitized by Google

ἦν ὡς τὸ ἀπὸ τῆς εδ πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς δζ, οὕτως ἡ ζδ πρὸς δμ. δι' ἴσου ἄρα ἐστὶν ὡς ἡ εδ πρὸς τὴν δπ, οὕτως ἡ ζδ πρὸς τὴν δμ· καὶ ἐναλλὰξ ἄρα ἐστὶν ὡς ἡ εδ πρὸς τὴν δζ, οὕτως ἡ δπ πρὸς τὴν δμ. ἀλλ' ἦν ὡς ἡ εδ πρὸς τὴν δζ, οὕτως ἡ δζ πρὸς τὴν δπ· καὶ ὡς ἄρα ἡ δζ πρὸς τὴν δπ, οὕτως ἡ δπ πρὸς τὴν δμ. αἱ εδ δζ δπ δμ ἄρα, τέσσαρες οὖσαι, ἐν τῇ συνεχεῖ ἀναλογίᾳ εἰσί· καὶ [y]) τῶν εδ δμ ἄρα δύο μέσαι ἀνάλογόν εἰσιν αἱ δζ δπ.

Τῆς δὲ ἀποδείξεως ἐπὶ τῆς προκειμένης καταγραφῆς ἀκολούθως τῇ ὀργανικῇ κατασκευῇ γενομένης, δῆλον, ὡς ἡ μὲν ὀργανικὴ κατασκευὴ, δύο δοθεισῶν εὐθειῶν ἀνίσων, καὶ λόγου πρὸς ἀλλήλας τῶν εὐθειῶν δεδομένου, εὑρίσκει τὰς δύο μέσας ἀνάλογον, ἐφ' ὧν, ὡς ἡ πρώτη πρὸς τὴν τετάρτην, οὕτω τὸ ἀπὸ τῆς πρώτης εἶδος πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς δευτέρας. Ἡ δὲ ἀπόδειξις ὑποστησαμένη τινὰ εὐθεῖαν, καὶ ἄλλας δύο λαβοῦσα διὰ τῆς τῶν γραμμῶν καταγραφῆς, ἐλάττονας μὲν τῆς πρώτης, ἐφεξῆς δὲ αὐτῇ κειμένας καὶ ἀλλήλαις ἀνίσους, εὑρίσκει, ὡς τὸ ἀπὸ τῆς πρώτης πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς δευτέρας, οὕτω τὴν δευτέραν πρὸς τὴν ἐλαχίστην. Τούτων δὲ τῆς πρώτης καὶ τῆς δευτέρας προςλαβοῦσα τρίτην ἀνάλογον, ἀποδείκνυσι τὰς δύο μέσας ἀνάλογον οὕτω θεωρουμένας, ὡς ἦν τῆς ὀργανικῆς κατασκευῆς. Τούτων γὰρ τὸ μὲν συμπέρασμα τὸ αὐτό· δι' ὧν δὲ τοῦτο εὑρίσκεται τῶν πρώτων, οὐ τὸ αὐτό. ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς ὀργανικῆς κατασκευῆς λόγου δοθέντος δύο εὐθειῶν ἀνίσων, τὸ συμπέρασμα δείκνυται· ἐπὶ δὲ τῆς ἀποδείξεως, μὴ δοθέντος τοῦ λόγου τῶν εὐθειῶν. διὸ ἔτι τὸ πρόβλημα μένει ζητούμενον, πῶς ἐν λόγῳ δοθέντι αἱ τέσσαρες εὐθεῖαι εὑρίσκονται· [z]) δεῖ γὰρ, λό-

Digitized by Google

Sed habuimus (no. 16.)

$$\overline{\varepsilon\delta^2:\delta\zeta^2=\delta\zeta:\delta\mu};\ \text{ergo}$$

$$\varepsilon\delta:\delta\pi=\delta\zeta:\delta\mu,\ \text{mediisque transpoſitis}$$

$$\varepsilon\delta:\delta\zeta=\delta\pi:\delta\mu.$$

Item vidimus, eſſe

$$\overline{\varepsilon\delta:\delta\zeta=\delta\zeta:\delta\pi};\ \text{hinc}$$

$$\delta\zeta:\delta\pi=\delta\pi:\delta\mu.$$

Hae quatuor igitur rectae $\varepsilon\delta$ $\delta\zeta$ $\delta\pi$ $\delta\mu$ ſunt in proportione continua; interque $\varepsilon\delta$ $\delta\mu$ mediae proportionales ſunt $\delta\zeta$ $\delta\pi$.

Demonſtratione delineationis propoſitae conſtructioni convenienter ope inſtrumenti facta, apparet, datis duabus rectis inaequalibus ($\varepsilon\delta$, $\delta\mu$) et earum inter ſe ratione, reperiri ope inſtrumenti duas medias proportionales, quarum ut prima ($\varepsilon\delta$) ad quartam ($\delta\mu$), ſic cubus prioris ($\varepsilon\delta^3$) ad cubum ſecundae ($\delta\zeta^3$). Demonſtratio vero, poſita aliqua recta ($\varepsilon\delta$), et repertis duabus aliis ($\delta\zeta$, $\delta\pi$) ope deſcriptionis, minores priore illa et inter ſe inaequales, ſed quae eam ordine excipiunt, reperit

$$\varepsilon\delta^2:\delta\zeta^2=\delta\zeta:\delta\mu.$$

Ad primam et ſecundam aſſumpta tertia proportionali ($\varepsilon\delta:\delta\zeta=\delta\zeta:\delta\pi$), repraeſentat duas medias proportionales continuas, uti ope inſtrumenti. Hactenus idem efficitur, ſed id, per quod illud efficitur, non idem eſt. In conſtructione enim, quae fit ope regulae, ratione duarum rectarum inaequalium data, concluſio efficitur; in demonſtratione vero ratione illa non data. Quare quaeſtio, quomodo ratione data hae quatuor rectae reperian-

y) Καὶ, e conjectura inſertum, in cod. non eſt. Fortaſſe magis placet: τῶν δὲ $\overline{\varepsilon\delta}$ κ. τ. λ.

z) εὑρίσκονται in cod. non legitur.

γου δοθέντος τοῦ, ὃν ἔχει ἡ [aa]) πρώτη εὐθεῖα πρὸς τὴν τετάρτην, ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ γενέσθαι καὶ τὸ ἀπὸ τῆς πρώτης εἶδος πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς δευτέρας.

tur, nondum ſoluta eſt. Oportet enim, data ratione rectae prioris ad quartam, eſſe

$$\epsilon\delta : \delta\mu = \epsilon\delta^3 : \delta\zeta^3.$$

aa) Articulus in cod. omiſſus eſt.

Digitized by Google

XIIII.

DE LIBELLO GEOMETRICO EPAPHRODITI ET VITRUVII RUFI

IN COD. MS. BIBLIOTHECAE CAESAREAE PARISIIS CONSERVATO

DIALOGUS.

Digitized by Google

Digitized by Google

CAROLUS BENEDICTUS HASE V. S.

GABRIELI GODOFREDO BREDOW

S.

Et tu a me ex his humanitatis ſtudiis, quae nobis ſunt et erunt ſemper communia, quaedam exegiſti Epiſtolis Pariſienſibus inſerenda: et ego mihi conſcius eximiae affectionis tuae, quam erga juvenilia opuſcula mea praeſtitiſti, minime differendum putavi, vel deſiderio tuo ſatisfacere, vel humanitati. Sermonem itaque, quales permultos Pariſiis cum eruditis amiciſſimisque hominibus habuimus et urbanis et advenis, in literas relatum ad te mittere inſtitui, non quod ſcriptiunculam tanti aeſtimem, ut digna ſit quae ad te mittatur, ſed ut opuſculorum noſtrorum guſtum quempiam tibi darem, quam legentes memoriam noſtri diutius populares tui conſervent, et ut ſit coniunctionis aeternae noſtrae publicum monumentum. Vale. Pariſiis Kal. Mart. cIↃ.IↃCCC. IX.

Digitized by Google

Cum veniſſent aliquando in aedes Bibliothecae Pariſienſis, quae Caeſarei nominis fulgore illuſtratur, duo florentiſſimi adoleſcentes, Georgius Koës et Olaus Brondſted, Hafnienſes, nec multo poſt intraſſetis ad nos tu, Bredovi, et vir illuſtris Baſtius, celſiſſimi Haſſorum ducis legato a conſiliis, aſſediſtis vos quidem, ſolita ſtudia repetentes: ſed omnes neſcio quo pacto languidiores triſtioresque facti videbamur, cum maximo illius diei calore (quippe menſe Sextili), tum potiſſimum quod ſubeſſe, Bredovi, ſciebamus diem profectionis tuae. Igitur quod minime ſaepe accidere memini illo loco, paulo poſt a ſcribendi commentandique conſuetudine in ſermonem nobis delapſis, tu primus, Bredovi, in nos intuens, O vos fortunatos, inquiebas, Baſti ac Carole, qui in iſta mirifica Bibliotheca diutius moremini: nam ego quidem vel ſingulos dies memoria tenebo, quibus iſtic eſſe mihi licuit. Quam vellem, inquam ego, ut ad hos ſex poſſes vel ſeptem menſes, quos apud nos es commoratus, multo plures adjungere, de illis loquor, qui otio et tranquillitate traducuntur. Sed quoniam id quidem effici non poteſt, una me ſuſtentat, Bredovi, conſolatio, quod quocunque in loco praeſens fueris, ſemper de tuis ſtudiis commentationibusque gloriabitur is locus, hominumque arbitror fore neminem, quin tuis rebus pro ſua parte velit adeſſe. Quod autem de felicitate noſtra dicis, etſi ex parte tibi aſſentior, poſſem tamen, quod ad me attinet, ſic reſpondere, hos, Olaum atque Georgium, multo me mihi videri fortunatiores. Noſne, inquit Georgius: quo iſtuc modo?

Quia, inquam, longe alia eſt, Georgi, librorum vel graecorum vel noſtrorum iis in locis lectio, in quibus an-

tiquos homines ſcimus vitam egiſſe, alia in his quas colimus terrae partibus: habent hoc omnino nobiles illi loci: offerunt menti hominis coeleſtem quandam lucem, qua vetuſtatis monumenta incredibiliter illuſtrantur. Quare felicitatem tuam praedicabam, quod brevi tempore Graeciae aſpectu paſces ocellos tuos et exſaturabis: praeſertim cum egregie meditatus ab omnique re paratiſſimus iter tuum ſis ingreſſurus.

Tum Baſtius, Recte tu, inquit, Carole, in hoc Georgio gratularis, quod generoſus nobisque omnibus cariſſimus adoleſcens, niſi omni ante inſtructus copia, pedem in Graeciam noluit inferre. Nam cui non licet vel mediocriter nummato Achajam Thraciamque provincias obire, Athenarumque caſas vel Conſtantinopoli Sapientiae fanum, Populique Romani Circum maximum, quem Hippodromon Graeci vocant, inviſere? Sed ſunt haec levia: quae tu tibi autem, Georgi, in hoc itinere propoſuiſti, ea nemo mediusfidius niſi tua ſagaci et bona mente tuaque ſingulari tam priſcarum quam geographicarum rerum cognitione et doctrina praeditus, non dicam ulla ex parte exequi et perficere, ſed ne concipere quidem et excogitare poſſit.

Hic Georgius, ut eſt virginali verecundia, erubuit, et, Nos quidem, inquit, dabimus operam, Baſti, ut quam de nobis praedicatione tua concitas expectationem, hanc ſuſtinere ac tueri aliquando poſſimus. Quare autem ſuam vicem doleat Bredovius, cum a nobis videat ſibi eſſe recedendum, quid eſt, Carole, quod mirere? quando ego ille ipſe, qui plures hic menſes ſum in Bibliotheca commoratus, quotiescunque de profectione cogitavi, toties fere idem ſenſi mihi quod Ulyſſis comitibus, qui lotum comederant, accidiſſe.

Jam pridem enim, Carole, ſcito eſſe cum intelligam, ad quamvis manuſcriptorum codicum librariam aliqua ex parte penitus pernoſcendam multis hercule annis opus eſſe, non aliquot menſibus: luſtret aliquis Europam:

obeat codicum cauſa Hiſpaniarum, Galliae, Italiae civitates: quamvis ſit induſtrius, quamvis diligens, quamvis exercitatus: ſed quoquo modo egerit, niſi diutius conſtiterit alicubi, quo maxime ad ſumma aſpirabit, ita minime, mihi crede, officio ſuo ſatis ſe feciſſe arbitrabitur. Quid? videsne ut ſi qui ex apricatione nimiaque ſolis luce in opaca et umbroſa loca ſe recipiunt, titubent primo homines? ut etiam haereant et dubitent, quo ſit ſibi eundum? Sed qui primum in Bibliothecam aliquam paulo liberalius inſtructam ingrediuntur, quodammodo ſunt non diſſimiles illorum: commorantur tamen: aliquanto poſt diſcutitur caligo: cernunt quae fieri oportet: ſed tempus urget: profectio inſtat: ita plerumque ſit, ut qui plurimum ſecum domum reportant, id tamen ipſi pro nihilo ducant prae illo, quod efficere atque colligere potuiſſent. An non ita eſt, Carole, uti dico?

Eſt quidem, inquam: verum illud fac tecum, Georgi, cogites, nihil in rebus humanis omnibus partibus perfectum eſſe poſſe, praeſertim in iis, quae ex animi intentione et diligentia pendent: nec ſi qua ſunt (quae pauca ſunt), quae illos fugerint, idcirco minoris facere debemus egregios et eruditos viros, quos generoſi animi impetus cognitionisque et ſcientiae cupiditas ad nobiliſſimas peregrinationes incitavit: quorum veſtigia ſtudioſe ſoleo in Bibliotheca noſtra contemplari. Sed quid eſt, Olaë, quod te jam dudum cerno, dum nos loquimur, apud animum tuum ſilentio reputare? Ego vero, Carole, inquit, cogitabam mecum aliquid, quod diu tacui: verum hodie liberius dicam, ſi ita jubes. Tu vero, inquam, Olaë. Mirabar, inquit, cum tu iſtic in ſummo otio ea et tractes et aſſequare, quae illi ut intuerentur modo ex locis tam longinquis tamque diverſis congregabantur, quid ſit, quod nihildum ex ſcriptionibus tuis (nam quotidie commentaris) exire paſſus ſis, quamquam praeclaram occaſionem minime arbitror tibi defuiſſe.

Ego vero, inquam, Olaë, ut primum hoc quo ſungor munus a praefectis Bibliothecae aſſignatum ſuſcepi, cumque ex illis is, cui pro incredibili ejus in me humanitate, benevolentia, amore, immortales gratias habebo dum vivam, quique ſemper in hac urbe optimi patris mihi loco et fuit et eſt, cum is codicum ex Vaticana bibliotheca in noſtram perlatorum perſcriptam notationem fieri a me vellet, ſtatim conſtitui, ſicut debebam, omnes meas et curas, et cogitationes, et ſtudia, ſenſus denique omnes meos ad eam unam rem traducere. Vita enim opus eſt ad Bibliothecam dicendam. Igitur quae quaeruntur vulgo occaſiones ſua evulgandi, eas declinavi ego: quae paſſim diſpergere potuiſſem (ſi qua ſunt modo, quae perpauca ſunt), collegi: praeſtareque puto, pro inchoatis et mancis opellis non dicam hercule conformatam penitus atque confectam, ſed tamen paulo minus rudem offerre. An non a te, Baſti, ſententia probatur mea?

Probatur, inquit. Verum poſſes, Carole, tamen, quoniam (quod tibi notum eſſe arbitror) Bibliothecae praeſides pro ſumma ſua humanitate ſic fieri volunt, aliquid ex arculis tuis Bredovio diſcedenti largiri. Nam quod pauca habere dixiſti, nihilne te per biennium tot codicibus excuſſis nactum putemus? nonne (ut innumeros illos tranſeam qui Pariſiis vivunt tuos vel fautores vel familiares, tot immortalia eruditaque volumina Bibliothecae iſti nuncupantes, utque de peregrinis tantum loquar, quibus perbrevi tempore iſtic licuit commorari) nonne cum non ita diu Bibliothecam frequentaſſent, extitit Bredovius ipſe, qui complura vetuſtae geographiae monumenta ſibi vindicaret? nonne hic tuus Georgius, qui antiquiſſimis in Odyſſeam ſcholiis collectis eodem paene nomine de altero Homeri carmine quo de altero Villoiſo mereretur? nonne Olaus, qui cum in Platone emendando felicem operam poneret, perplura in Olympiodori aliorumque commentariis nanciſceretur luce digna? Sic quoque Federicus Sabinus promeritus eſt, cum juris Ro-

mani per medium aevum fata ex innumeris Bibliothecae veſtrae codicibus ſummo ſtudio tractatis mirifice illuſtraret: ſic multi alii, qui ſi curſim et ſuccifivis operis arripere potuerunt, quibus bonas literas in primis juvarent, non hercules adduci potero ut credam, te, Carole, neque opportunitatibus tuis uti, cum ſint maximae, neque nunc amicorum precibus morigerari velle, quorum es amantiſſimus.

Quae cum dixiſſet Baſtius, Utinam, inquam, aut ea eſſent adverſaria mea, quae tu, Baſti, exiſtimas, aut ſaltem inveniretur in iis aliquid, quod ad Bredovii noſtri geographos valde pertineret. Sed quibus potiſſimum ſcriptoribus ſtudere debui non ignoras: nempe medii aevi, in quibus multo ſaepius veterum adumbrationem imitationemque offendas, ſervilem illam quidem ac depravatam, quam vel ſuarum vel antiquarum rerum (nedum geographicarum) aut curam ullam aut notitiam. Verumtamen, quoniam ita jubetis, obtemperabo vobis, promamque de vetuſtis meis aliquid: nam in eam omnino partem peccare malo, ut levem potius quam nullam a me collationem accipiatis. Apud nos vero, inquit Georgius, grata et accepta ſunt omnia tua, Carole. Ordiare igitur, ſi tibi videtur.

Eſt codex latine ſcriptus, inquam, ante biennium cum aliis ex Germania in hanc urbem apportatus, membranaceus, quadrata forma: quem cum tractarem, pauca in has pagellas contuli, quae vobis communicabo. Etenim eſt Codex ea varietate argumenti, ut pauci ſint agrimenſorum veterum quin ibi contineantur: ea vetuſtate, ut intelligi poſſit, non diu poſt Juſtiniani Caeſaris principatum peraratum eſſe: ea auctoritate, quae in ſplendido et perantiquo libro eſſe debet. Scripti autem extant in illo uncialibus literis auctores hi: M. Junius Nypſus, de figurarum dimenſione: Epaphroditus et Vitruvius Rufus, ejusdem argumenti: Julius Frontinus, de agrorum qualitate: idem, de limitibus: idem, de coloniis:

loniis: Hyginus, de limitibus conſtituendis: lex quae inſcribitur in libris cuſis Manilia Roſcia Peducia Alliena Fabia: pars altera Aggeni Urbici de controverſiis agrorum: varatio fluminis ex M. Junio Nypſo, absque nomine auctoris: lex divi Tiberii, de ſepulcris; fragmenta puſilla Latino et Myſrontio in libris cuſis attributa, in noſtro illo codice ſine nomine auctoris: M. Varro de geometria, ad Silvium Ruſum: nomina agrorum et limitum, quae Siculo Flacco ſubjici ſolent in cuſis: Aggeni Urbici de controverſiis agrorum pars altera, iterum: Simplicius, de lite agraria: Hyginus de limitibus ſive de conditione agrorum: ejusdem gromaticus, ſive de caſtrametatione: ejusdem liber de limitibus conſtituendis, qui jam ſupra Frontino de coloniis eſt ſubjectus: Julius Frontinus de agrorum qualitate. Hi ſervantur adhuc in illo ſcriptores, ita tamen, ut de Nypſi geometria poſterior duntaxat pars ſuperſit, Frontini de agrorum qualitate nihil omnino praeter unam pagellam: eſt enim initio fineque truncus mutilatusque liber.

Admirandum, inquit Olaus, praedicas nobis, Carole, codicem, vel potius bibliothecam, qui tam multa unus complectatur: inter quae audire mihi viſus ſum aliquot ſubinſolentia nomina, et fere nova. Etenim Hygini Gromaticum a Petro Scriverio primum ſcio una cum Fl. Vegetio Renato editum eſſe, poſtea iterum in Tomo decimo Theſauri Graeviani: item caeteros cum alibi tum a Wilelmo Goeſio Amſtelaedami, anno milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo quarto, ſi recte memini, inter auctores rei agrariae: ibi M. Junii Nypſi quoque fragmentum legitur illud de varatione fluminis, non id quod in fronte codicis ſupereſſe dicis. Qui vero homines ſunt Epaphroditus et Vitruvius Rufus, a quibus Geometria ſcripta fuerit, equidem neſcio: miror etiam, qua ratione adhuc tam ignoti manſerint in corpore menſorum.

Quin multo magis, Olaë, mirabere, inquam, poſtquam ſigillatim unumquemque attigero: nam perplura

Digitized by Google

ex noſtro illo ſuppleri vel reſtitui poſſunt, quae in Goeſiana agrimenſorum editione vel omnino deſunt, vel perverſa decurtataque leguntur. Nec minor eſt in titulis librorum discrepantia, cum qui in cuſis Julii Frontini ſit de agrorum qualitate, in illo inſcribatur Balbi ad Celſum Expoſitio et ratio omnium formarum: item alii libelli aliter: ita ut nihil mihi videatur his titulis incertius. Quin id item, inquit Baſtius, grammaticis meis accidit, ut eadem monita et praecepta modo his modo illis auctoribus in libris ſcriptis tribuantur, interdum etiam recentia antiquiſſimis. Ob id ipſum, inquis, te his dicendi magiſtris auxilio veniſſe gaudeo, cum eos partim ab interitu vindices, partim mendis liberes commentariisque illuſtres, partim rara acerrimi ingenii felicitate ſuum cuique reſtituas: quorum in numero Apollonii Dyscoli Alexandrini manes in primis tibi magnam gratiam debere arbitror: quanquam nos quidem ſubiraſcimur, quod doctiſſimi illius conquiſiteque ſcripti libelli de pronominibus, de adverbiis, et de conjunctionibus nondum ſunt opera tua in lucem prolati.

Proferentur vero una cum caeteris, inquit Baſtius, et prolati fuiſſent, niſi haererem adhuc circa aliquot loca. Sed ut ad te tuumque codicem, Carole, revertamur; Juſtus Lipſius libro primo Electorum, capite decimo quinto, opinor, codicis admodum vetuſti meminit, quo uſus eſt: quo in codice fuiſſe ait cum alia tum M. Juni Nilſi quaedam (nam in hanc ſententiam ſcribit nomen): item Aproſoditi: item Beturni Ruſi architectonis: praeiſtisque ait ea Frontini et Aggeni Urbici quae exſtant mera eſſe nugamenta.

O divinam tuam, inquam, Baſti, memoriam! nam loquitur Lipſius de ipſo illo codice, de quo nunc disputamus, qui vario caſu in variorum manus pervenit, quorum etiam nomina paſſim in eo ſcripta extant, ut ad Sixtum Arcerium et Petrum Scriverium: inde nunc Pariſios. Sed fuit hoc ſingulare fatum Nypſi iſtius, et Epa-

phroditi, et Rufi, ut editioni ſaepius deſtinati non ederentur tamen. Nam primo evulgare voluit Franciſcus Nanſius, ſicut Lipſius ſcribit eo Electorum capite, quod tu paulo ante, Baſti, laudabas: poſtea Nicolaus Rigaltius, ille ex hoc codice, hic ex altero quodam, ſed manco et recenti omninoque peſſimo exemplari, quod ex noſtro antiquo, ut videtur, derivatum in Bibliotheca Pariſienſi ſervatur no. 7229. inter codices Latinos. Sed Nanſium Lipſii aequalem impedivit neſcio quae cauſa: Rigaltius, cum anno milleſimo ſexcenteſimo decimo tertio Auctores rei agrariae in lucem proferret, in praefatione ait, Nipſi et Epaphroditi et Rufi fragmenta in aliud ſe tempus distuliſſe, quod, ut ipſius verbis utar, magis facerent ad quaeſtiones geometricas, quam ad conditiones agrorum limitumque conſtitutiones. Nec magis eos Petrus Scriverius cura aliqua dignatus eſt, tametſi ex eodem illo antiquo codice ad calcem Vegetii ſui Gromaticum ederet Julii Hygini. Quin ego ipſe, ſi mei conſilii res eſſet, iſtis praetermiſſis nunc potius de ſubſequentibus in illo libro ſcriptoribus agerem, hoc eſt de Frontino, de Hygino, de Urbicio. Vereor enim, ne illa de triangulis et quadratis minus ad geographos, Bredovi, tuos pertineant: accedit, quod mathematica attigi quidem olim puer, non plus tamen, quam quantum potui prima illa et liberali inſtitutione.

At tu, inquit Olaus, noli committere, Carole, ut iterum Epaphroditus tuus, tanquam Eurydice aliqua, ubi jam lucem procul conſpexit, in tenebras denuo detrudatur. Quin tu potius ordinem libri ſequere: ſic nos prope ad antiquorum philoſophorum conſuetudinem a geometricis exterioribusque ſtudiis ad interiora quaedam et abſtruſa videbere introduxiſſe. Hic cum caeteri arriſiſſent, Arbitratu, inquam, veſtro: unum illud quaeſo a vobis, ut me hoc tempore de Epaphrodito Rufoque loquentem patiamini M. Junium Nypſum in alium diem rejicere. Habent enim magnum incommodum hi libelli,

quod figuris lineamentisque (dicerem ſchematibus geometricis, niſi tuam, Georgi, conſuetudinem tenere vellem, qui nulla unquam peregrina inculcas verba in ullam linguam, quacunque utare) ad omnes fere demonſtrationes indigent, quas figuras ego hic non queo de improviſo effingere. Nihilominus Epaphroditi Rufique libellum aliquanto magis figuris carere poſſe puto, quam Nypſi, qui nullo modo poteſt: igitur ab illo potius, ſi videtur, initium faciamus.

Sic quoque, inquit Baſtius, nobis gratiſſimum feceris: quis autem fuit ille tuus Epaphroditus? Illud vero, inquam, non queo dicere, Baſti: quin, an verum hoc ejus nomen ſit, neſcio. Tum Olaus: Proh Dii immortales! quonam hoc inquis modo? Quia, inquam, in quinto Codicis folio perquam corrupte legitur ejus nomen in titulo libelli ſic: M. IUNINIPSI LIB. EXPLICIT (ſervatur enim Nypſus in primis quatuor foliis) INCIPIT APROFIDITI FELICITER ETBETRUBIRUFIARCHITECTONIS. Item in fine libelli ſic, aliquot foliis poſt: EXP. LIB. APROFODITI. ETBETRUBIRUFIARCHITECTONIS. Videtis, ſcribi alterum nomen, Betrubus Rufus: alterum primo Aprofiditus, poſtea Aprofoditus. Et hoc quidem reſtitui poteſt magna probabilitate, Epaphroditus: quam ſcripturam ſecuti ſunt viri clariſſimi, Nicolaus Rigaltius in Agrimenſorum praefatione, et Chriſtophorus Saxius in Onomaſtico, et Erneſti in Bibliotheca Latina. De Ruſo magis eſt quod ambigatur, an Vitruvius ſcribendum ſit necne: nam reperiuntur Romana nomina admodum multa, ex quibus hoc portentum Betrubi naſci potuit: Veturnius, Vettius Urbinus, Vettius Urbicius, Vettius Rubius, Viturius: non video tamen, cur mutemus iam receptum nomen Vitruvius. Illud quoque, ARCHITECTONIS, aliquem ex librariis adjeciſſe ſuſpicor, qui in ſuo exemplari legeret Vitruvii: nempe quod ille M. Vitruvii Pollionis meminiſſet, qui ſub divo Auguſto floruit. Sed vereor, ne vobis videantur levia

nimium et puſilla haec de nominibus. Minime vero, inquit Baſtius: quid enim magis intereſſe poteſt noſtra, qui de auctore agimus, quam nomen ejus ſcire, et aetatem?

Aetas vero, inquam, magis certa non eſt: niſi hoc video, Epaphroditum, ſi modo agrimenſor fuit, ad Caeſarum tempora referendum eſſe potius quam ad reipublicae. Quid iſtuc cenſes? inquit Georgius. Quia, inquam, olere videtur neſcio quid ſervile Epaphroditi nomen: vernas vero et libertos homines quis unquam audivit ſalva Senatus auctoritate ad munera reip. eſſe admiſſos? Recte tu, inquit Olaus: non teneo memoria, unquam legiſſe me ullum libertum, qui quidem magiſtratum geſſerit, ante Claudii Caeſaris principatum in libris vetuſtis nominari: tum demum coeperunt procurare, et agere in rebus, et regnare. Eſt ita, ut dicis, inquam: et fieri potuit, ut Epaphroditus divi Trajani extiterit agrimenſor, forte cum poſt Dacicum Parthicumque bellum maximi multique trans Tigrin ac Iſtrum agri ſub imperium P. R. ditionemque venirent: quo tempore Julium Frontinum quoque vixiſſe ſcimus. Sed haec ex conjectura, et quidem leviſſima.

Illa paulo magis affirmare auſim, Epaphroditum et Rufum, quiqui ſunt illi, duos ſeparatos libros de figurarum dimenſione conſcripſiſſe: quibus ex libris paulo poſt praecipitatum in Occidente latinum nomen propoſitiunculas (id eſt problemata) has excerpſit non doctorum hominum aliquis, quorum mehercule magna quidem copia cum ſemper fuit, tum erat inprimis miſeris illis duriſſimisque temporibus. Dividi autem poteſt hoc Compendium (niſi mavultis epitomen dici) in partes tres: quarum prima de figuris geometricis agitur, altera de arithmeticis, id eſt de numeris, qui polygonii a Diophanto, a nobis multianguli vocantur: tertia de uſu et tractatione menſurarum in agro Populi Romani. Quibus ex partibus primam vobis ſubjiciam: non quidem nunc commentationes conjecturasque meas, ſed exemplar quam dili-

gentiſſime potui ex membranis ipſis deſcriptum. Etenim cum in codicibus, qui tanta ſunt vetuſtate atque ille, nulla omnino ſit verborum literarumve diſtinctio, nullum plerumque punctum, virgula nulla, cumque praeterea in hoc noſtro permulta ſint vel perverſe ſcripta vel penitus praetermiſſa, non mihi ſumo tantum per Deos, inprimis te praeſente, Baſti, ut in locis de quibus ambigi poſſit, meam ſententiam prius quam membranarum lectiones aut exponendam aut conſiderandam putem. Habetis igitur in hac pagella deſcriptum mancum et mendoſum, ut eſt, libri exordium:

TRIGONIhORTOGONI
ChATETUSPEDVhYPO
TENUSAPEDXIII.QUAE
ROBASEMSQhYPOTENU
SAINSEFIT.CLXIIII.hINC
TOLLOChATETUMINSE
IDESTXXU'RELIQ.CXLIIII.
hUIUSLATUSFIT.XII.ERIT
BASIS.ITEMhYPOTENU
SAMINUENIRECHATETU
INSEFIT.XXUBASEINSE
FIT.CXIIII.IUNCTASINUNU
FITCLXUIIII.hUIUSLATUS
FITXIII.ERIThYPOTENUSA.

ITEMADCHATETUM
BASEMINUENIREDUCO
INSEFITXXUhINCTOLLO.I.
RELIQUIXXIIII.SUMODI
MIDIAMFITXIIERITBA
SIS.ADBASEM.ADDICIO

ASSEFITXIII.ERIThYPO
TENUSA.ITIC. P. Q.
INUENIREDUCOBASEPER
CHATETUMIDESTXIIPED
UFITLXSUMODIMIDIA
FITXXXERITEMBADUM
TRAPEZUMhORTOGO
NIUMCUIUSBASISEST
PEDXLChATETUSPED
XXXUERTEXSIUECHOR
AUSTEPEDXXUEIUSPED
QUADRATISQIUNGOBA
SEMCUMChORUSTE
FITLXUSUMOPARTEM
DIMIDIAMFITXXXIISDE
DUCOChATETUMIDEST
PXXXFITDCCCC.LXXU.
ITEMhYPOTENUSAM
INUENIREBASEMINSE
ETChORUSTEINSEINUNU
FITIICCXXUhINCTOLLO

Digitized by Google

CHATETUMINSEIDEST
DCCCC.RELIQUI ∞CCC
XXV.F.XXXVI.ERIT
HYPOTENUSA.
TRIGONUSHYSOPLURU
CUIUSSUNTLATERASIN
GULAPEDXXXQUEMEM
BADUMPRIUSQUAERO
CHATETUMIDESTLINEA
MEDIAMSQDUCOLATUS
INSEFITDCCCCITEM
UNIUSLATERISDIMIDIA
INSEFITCCXXV.ITEM
CHATETUMPERUASIS
DIMIDIAMFITIDESTXU
PERXXVIFITCCCXC
ERITEMBADU M
TRIGONIHYSOPLEURI

TRIGONIHORTOGONILI
NEARUMNOMINACHA
TETUSIDESTPERPEN
DICULARISBASISIDEST
SEDESTHYPOTENUSA
IDESTOBLIQUACONTE
GITAUTEMINOMNE
HORTOGONIOTRIAN
GULOUTCHATETO ,
INSEETBASEINSE
IUNCTUMFACIATYPO
TENUSA.SICQUERES.V.
INSEFITXXV.ETXLI.INSE
FITCXLIIII.IUNGOIN
UNUMFITCLXUIIII.
EIUSLATUSFITXIII.
ERITYPOTENUSAITAQ.
SIYPOTENUSAINSEMUL
TIPLICAUERISIDEST
EXCLXUIIIIDEDUXERIS
CHATETUMINSEIDEST
XXU.RELIQUICXLIIII.
SUMOLATUSFITXII·
ERITBASISDEHYPOTENUSA
INSEMULTIPLICATA
IDESTDCCLXUIIIIDEDUXE
RISBASEMINSEIDEST
CXLIIIIL.RELIQ.XXU.HUIUS
LATUSFIT.V.ERITCHATETUS

OMNESFORMANOR
MALITERQUATTUOR
LINEISCONPREHEN
SISLONGITUDOPER
LATITUDINEMIDEST
XU. XU. FITCCXXU. FA
CITEIUSPEDCONSTRATOS

HORTOGONICHATETUM
PERBASEMIDESTAII
PERXII.FITLXSUMO
DIMIDIAMFITXXX.
ERINTPEDCONSTRA

Digitized by Google

TIUELCḫATETIDI
MIDIAPERUASEIDEST
IISPEDXIIFITXXXERITPC

AGERESTLONGUS
PEDCXXLATUSPEDLXX:
INQUOARBORESDISPO
SITESUNT
INTERPEDU'QUERONU
MERUMARBORUM
SQ.QUIAPERPEDQUI
NOSDIXITSUMOUTRAS
QUEPARTEMQUINTA
NUNCLONGITUDINIS
FITXXIIII.ETLATITUDI
NISFITXIIII.ḫISADICIO

UASSISSINGULOSAN
GULARESFITXXU'ET
XII'ADSUMMASINSE
MULTIPLICOFITCCC.LXU'
ERINTARBORES.

QUODSIFUERITAGER
LONGUSPEDCXXET
INEOS EMINAFUE
RITDISPOSITAINTER
PEDU. N CCCLXXV. Q.
ROLATITUDINEMAGRI
SQSUMOLOGITUDI
NISPARTEMQUINTA
FITXXIIIIADICIOSUP
SEMPER'I'FITXXU,

Sunt ſubhorrida iſta, inquit Georgius, et vereor, Carole, ut explicari poſſint. Non eſt quod vereare, inquam: magno nobis auxilio erunt cum ipſarum quaeſtionum ratio et ſeries, tum Euclidis Geometrica a Boëthio Patricio latine translata, libro ſecundo praeſertim. Illud autem vereor magis multo, Georgi, ne quae audies a lectiſſimi tui ſermonis ſuavitate et elegantia nimio plus recedant, embadaque illa (areas nos dixiſſemus, non embada), et latera, et ductiones, et ſublationes, quae ſunt Boëthianae latinitatis, gravius offendant religioſiſſimas tuas aures. Dii meliora, inquit arridens: quotiescunque nos de geometricis latine, multum valet Boëthii et Caſſiodori auctoritas. Sed ordire emaculationem tuam, ſi placet. Ego vero, inquam, exordiar: vos attendite in primis ad ea quaeſo, quae uncis incluſi: his enim complere volui mancum lacunoſumque textum. Nos vero, inquit Baſtius, attendemus.

EPAPHRODITI ET VITRUVII RUFI
DE
FIGURARUM DIMENSIONE COMPENDIUM.

---

1. *Trigoni orthogonii cathetus ped.* v. *hypotenuſa ped.* xiii. *Quaero baſem. Sic quaeres. Hypotenuſa in ſe: fit* clxviiii. *Hinc tollo cathetum in ſe, id eſt* xxv: *relinquitur* cxliiii: *hujus latus fit* xii: *erit baſis.*

2. *Item hypotenuſam invenire. Cathetus in ſe: fit* xxv. *Baſem in ſe: fit* cxliv: *junctas in unum fit* clxviiii: *hujus latus* xiii *erit hypotenuſa.*

3. *Item, ad cathetum, baſem* [et hypotenuſam] *invenire. Duco in ſe: fit* xxv. *Hinc tollo* i: *reliqui* xxiiii: *ſumo dimidiam: fit* xii: *erit baſis. Ad baſem adjicio aſſem: fit* xiii: *erit hypotenuſa.*

4. [Item, embadum] *invenire. Duco baſem per cathetum, id eſt* xii *per* v: *fit* lx. *Sumo dimidiam, fit* xxx: *erit embadum.*

5. *Trapezium orthogonium, cujus baſis eſt ped.* xl, *cathetus ped.* xxx, *vertex ſive coryphe* xxv. [Quaeruntur] *ejus pedes quadrati. Sic quaeres. Jungo baſem cum coryphe, fit* lxv. *Sumo partem dimidiam, fit* xxxii *et ſemis. Duco per cathetum, id eſt per* xxx: *fit* dcccc. lxxv.

6. *Item hypotenuſam invenire. Tollo coryphen a baſi: reliquum* xv *in ſe, et cathetum in ſe in unum fit* ∞. ccxxv: *hujus latus* xxxiii. s. *erit hypotenuſa.*

Digitized by Google

7. *Trigonus iſopleurus, cujus ſunt latera ſingula ped.* XXX: *quaero embadum. Prius quaero cathetum, id eſt lineam mediam. Sic quaeramus. Duco latus in ſe, fit* DCCCC. *Item unius lateris dimidiam in ſe, fit* CXXV [: hoc ab illo tollo: reliqui DCLXXVI latus XXVI erit cathetus]. *Item cathetum per baſis dimidiam, id eſt* XV *per* XXVI: *fit* CCCXC: *erit embadum trigoni iſopleuri.*

8. *Trigoni orthogonii linearum nomina. Cathetus, id eſt perpendicularis: baſis, id eſt* [ſedes]: *hypotenuſa, id eſt obliqua.*

9. *Contingit autem in omni orthogonio triangulo, ut catheto in ſe et baſe in ſe junctis fiat hypotenuſa ſic.* V *in ſe fit* XXV, *et* XII *in ſe fit* CXLIIII. *Jungo in unum: fit* CLXVIIII. *Ejus latus fit* XIII: *erit hypotenuſa.*

10. *Itaque ſi hypotenuſam in ſe multiplicaveris, id eſt* XIII, *et ex* CLXVIIII *deduxeris cathetum in ſe, id eſt* XXV, *reliqui* CXLIIII *ſumo latus, fit* XII: *erit baſis.*

11. *De hypotenuſa in ſe multiplicata, id eſt de* CLXVIIII, *ſi deduxeris baſem in ſe, id eſt* CXLIIII, *reliqui* XXV *ſumo latus, fit* V: *erit cathetus.*

12. *Omnis formae normaliter quatuor lineis compre-henſae longitudo per latitudinem facit ejus pedes conſtratos.*

13. *Orthogonii cathetum per baſem, id eſt* V *per* XII, *fit* LX: *ſumo dimidiam, fit* XXX: *erunt pedes conſtrati. Vel catheti dimidia per baſem, id eſt* II. S. *per* XII, *fit* XXX: *erunt pedes conſtrati.*

Digitized by Google

14. *Ager eſt longus pedes* CXX, *latus* LXX: *in quo arbores diſpoſitae ſunt inter pedes* V: *quaero numerum arborum. Sic quaeramus. Quia per pedes quinos dixit, ſumo utriusque partem quintam, nunc longitudinis, fit* XXIIII, *et latitudinis, fit* XIIII. *His adjicio aſſes ſingulos angulares, fit* XXV *et* XV: *ſummas inter ſe multiplico, fit* CCCLXV: *erunt arbores.*

15. *Quod ſi fuerit ager longus pedes* CXX, *et in eo ſemina fuerint diſpoſita inter pedes* V *numero* CCCLXXV, *quaero latitudinem agri. Sic quaeramus. Sumo longitudinis partem quintam, fit* XXIIII: *adjicio ſupra ſemper* I, *fit* XXV. [Video quoties CCCLXXV habet XXV, fit XV: detraho I, relinquitur XIIII: duco per V, fit LXX latitudo agri.]

Quae cum recitaſſem, Nolui, inquam, quicquam in iſtis loco ſuo movere: tametſi intelligo, illud *Sic quaeramus* propoſ. 7. melius collocari ante verba, *Prius quaero cathetum:* item totam propoſitionem 8. melius initio libelli: item alia aliter, temere fortaſſe et feſtinanter a breviatore (pace veſtra utar hoc verbo) huc conjecta. *Baſem* ſcripſi per *e*, membranas ſecutus: auctores plerumque *baſim* et *baſi*, per *i*, forma magis graecanica. *S. Q.* lego, *Sic quaeramus,* ex propoſ. 19. ex 20. *Latus* eſt quod barbare radix quadrata, *ducere* multiplicare. Verba *Item embadum* propoſ. 4. ſupplevi ex fine prop.: transeo caeteras meas interpoſitiones, quas facile deprehendetis membranarum exemplarisque mei collatione: eas omnes puto neceſſarias. Neque hoc ut probem exigetis, litera Ş paulo ante finem propoſ. 5. de trapezio orthogonio, *Semis* ſignificari, ut ſaepe, neque illud, litera N *numero*, propoſ. 15.

Nobis vero haec probantur, Carole, inquis: ut etiam pro Baſtio, et Olao, et pro Georgio tuo reſpon-

deam. Sed enim Alexandri gladium diſtrinxiſſe mihi videbare propoſ. 6.: nam mirum dictu eſt quam diverſa fuerint a membranarum ſcriptura ea quae tu legebas. Eſt iſtud quidem verum quod dicis, inquam: ſed non aliter poteram, Bredovi, hunc nodum diſſolvere: nec enim librarius aliquis, ſed ipſe (quemadmodum mihi videre videor) vel auctor vel potius breviator lapſus eſt in ſolutione hujus quaeſtionis tradenda. Imo bene feciſti, Carole, Baſtius inquit, quod plane deſperatam propoſitionem emendare conatus es conjectura, non certa illa quidem, ſed tamen probabili. Sed redde nobis caetera ex membranis tuis, ſi videtur. Ego vero, inquam, Baſſi, reddam.

MONSESTQUIhABET
ADPEDEINCIRCUITO
PEDIID:INMEDIAETA
TETOIDEMINCIRCUI
TUPED∞DCETINC.A
CUMINEADAEQUE
INCIRCUITUPEDC.
SEDhABETINASCENSU
PED.DQUEROIUGERA
SQIUNGOINUNUM
TRESCIRCUITIONIS
IDESTIID.∞DC.ETC
SUMPTASEMPERPAR
TETERTIAMFIT∞CCCC
TOTIENSDUCOD.PER
ALTITUDINEMFITDCC
ETUIDEOQUOTIENS
hABETXXGII.DCCCFIT
XXIIIIVSVERUNTIU
GERAXXIIII hOCEST
TABULAQUARTUM
IUG.ETPEDES∞DC.

MONSESTSTRABUS
QUIhABETADPEDEM
INCIRCUITUPED∞CCCC·
INCACUMENCIRCUITUS
PEDCCSEDESTALIUS
INPARTEDEXTRAPED
DCCL·ETEXPARTEL E
UAPEDCCLXX.QUERO
IUGERASQSEMPER
IUNGOINUNUMDUAS
CIRCUITIONEShOCEST
∝CCCCETCC·SUM PTA
SEMPERPARTEMDIMI
DIAFITDCCCFACIOET
ASCENSOSAMBOSINUNUM

IDESTDCCCL·ETDCCL.
SUMPTAADEQUAEDIMIDIA
FITDCCC·hOCDUCOPDCCC
FITDCXL.ERUNTPED
QUADRATIIUGERAIN
UENIAMUSFIGXXII.

Quae cum retuliſſem, Suſtine te paulisper hoc loco, inquis, Carole. Videntur enim longiusculae eſſe hae propoſitiones, tum etiam ſubobſcurae: ita ut explanationes ſtatim nunc audire, ſi fieri poteſt, multo malimus. Audietis vero, inquam: ſic interpretor:

15. *Mons eſt, qui habet ad pedem in circuitu ped.* II. D: *in medietate habet idem in circuitu pedes* ∞DC, *et in cacumine adaeque in circuitu ped.* C: *ſed habet in aſcenſu ped.* D. *Quaero jugera. Sic quaeres. Jungo in unum tres circuitiones, id eſt* II. D, ∞DC, *et* C. *Sumpta ſemper parte tertia, fit* ∞CCCC: *totiens duco* D. *ped. altitudinem, fit* DCC, *et video quotiens habet* XXVIII. DCCC: *fit* XXIIII: *erunt jugera* XXIIII [et ped. VIIIDCCC], *hoc eſt tabula ſeu quartum jugeri, et pedes* ∞DC.

17. *Mons eſt ſtrabus, qui habet ad pedem in circuitu ped.* ∞CCCC, *in cacumine circuitus ped.* CC: *ſed eſt altus in parte dextra ped.* DCCCL, *et ex parte laeva ped.* DCCL. *Quaero jugera. Sic quaeres. Semper jungo in unum duas circuitiones, hoc eſt* ∞CC *et* CC: *ſumpta ſemper parte dimidia fit* DCCC: *hoc duco per* DCCC, *fit* DCXL: *erunt pedes quadrati. Jugera inveniamus: fit* XXII [,et pedes VI. CCCC].

Utar autem, ſi mihi hanc detis veniam, noſtris numeris in explanando, hoc eſt arabicis. Dicit propoſ. 16, jungendas eſſe tres circuitiones, 2500, 1600, et 100: id facit 4200: hujus tertia pars eſt 1400: toties dicit,

Digitized by Google

id eſt millies quadringenties, duc, id eſt multiplica, altitudinem pedum 500: mutavi enim illud PER membranarum in PED. Igitur 1400 multiplicatum per 500 fit 700,000: id ſcribitur a Romanis DCC: ſed omiſſae ſunt lineolae in membranis. Nunc video, ait, quotiens hoc 700,000 habet in ſe 28,800: nos diceremus, divido 700,000 per 28,800: qui numerus 28,800 eſt numerus pedum quadratorum ſeu conſtratorum jugeri caſtrenſis quadrati. Ita enim ſcribit auctor de jugeribus metiundis pag. 311. edit. Goeſianae: *Caſtrenſe jugerum quadratum habet perticas* CCLXXVIII. (ſic) *pedes autem quadratos* XXVIII. DCCC. Illud autem 28,000 recte ſcriptum eſt in membranis XXGII, vel potius XX6II: ſcis enim, Baſti, in antiquiſſimis codicibus latinis numerum ſex ſiglo exprimi G, quod non multum differt a noſtro 6, eoque confirmari quorundam opinionem, qui noſtros numeros Romanorum mediive aevi potius inventum eſſe putent, quam Indorum: qui quam vere dicant, alias. Reliqua autem in propoſ. 16. jam perſpicua vobis eſſe arbitror: verba *et ped.* VIIIDCCC neceſſe fuit inſerere: *ſeu* autem, quod legitur quatuor verbis poſt, ſuſtuli ex ſuperiore linea, ubi male inculcatum erat ſic, VSV. Tabulam vero vocaſſe veteres quartam partem jugeri, conſtat cum ex hoc loco, tum ex auctore de jugeribus metiundis pag. 311. ed. Goes. ubi poſtquam dictum eſt, jugerum continere quadratas perticas 288 (ſic enim legere cogit ſenſus, non 278, ut habet cuſum) ſubjicitur: *Habet itaque tabula una quadratas perticas* 72. Perſpicuum autem eſt, 72 quartam eſſe partem de 288: continet igitur tabula pedes conſtratos 7200: eandem auctor noſter porcam vocat infra.

Hic Baſtius, Probabiliter ſane, inquit, expoſuiſti illa: nec prop. 17. ut ſeſe probes exigit: eſt enim per ſe fulta munitaque ſatis. Sed, ſi videtur, refer quae ſuperſunt de prima parte. Ego vero refero, inquam:

Digitized by Google

SUNTAUTEMTRIGONI
hOCGENEREETHISUO
CABULISN6SEXIDEST
ISOCIELISPARALELO
ERAMUS.SCALENUS
hORTOGONIUShIS O
PLURUSETOXIGONIUS
QUORUMOMNIUM
EFFIGIESSIFUERITTRI
GONUShISOSCELIS
CUIUSSITLATERAPED
XXUUA SISAUTEMPED
XIIII.QUADRATIQUE
ROQUODPEDSINThU
IUSTRIGONICATECTUS
UELQUODPEDUMAREA
SITSICQUERAMUSSU
MAMUSSEMPERPAR
TEMDIMIDIAMUASIS
IDESTDEXIIIFIT6I
hOCMULTIPICOINSE
FITXL6IIIETUNUMLA
TUSMENSURAFACI O
INSEhOCESTXXUINSE
FITDCXXUDEDUCO
XL6IIIFITRELIQUUM
DLXX6IhUIUSSEMPER
QUEROLATUSFITXXIIII.
TOTPEDUMESThUIU S
TRIGONIChATECTUM
AREAEPEDSICQUAERAMUS

SUMQUASISPARTEM
DIMIMIDIAMFIT6I.
hOCMENSUROPE R
ChATETUMXXIIII .
ERUNTPEDhUIUSTRI
GONIhISOSCELISAREAE
DCLX6III.
SIFUERITTRIGONUS
PARALELOGRAMUS
hORTOGONIUSCUIUS
SITLONGITUDOPED
LXXXLATITUDOAUTEM
PEDLXQUEROhUIUS
PRAELELOGRAMIhOR
TOGONIQUODPEDUM
DIAGONUMSITIDEST
LINEAQUEABANGULU
ADANGULUMCURRIT
SQLONGITUDOMUL
TIPLICOINSEhOCEST
LXXXFIT6CCCCETLATI
TUDINEMMULTIPL I
COINSEhOCESTLXFIT
IIIDC
UTRASQUESUMMAS
INUNUMFITXhUIUS
SUMEMUSLATUSFITC
TOTPEDUMERITDIAGONU

SIFUERITTRIGONU
SCALENUMhOCEST

Digitized by Google

OXIGONIUMCUIUSSIT
LATUSMINORPEDXU'
UASISPEDXXU.LATUS
MAIORPEDXXQUERO
ꝺUIUSTRIGONICꝺATE
TUMETEMBADUMSQ
LATUSMINOREMMUL
TIPLICOFITCCXXU.ET
UASISMULTIPLICO
FITDCXXUUTRIUSQUE
SUMMASIUNGOINUNU
FITDCCCL.ꝺOCSEPONO
ETLATUSMAIOREMUL
TIPLICOFITCCCCꝺOCDE
DUCODEDCCCLFITRELI
QUUMCCCCꝺINCSU
MOSEMPERPARTEMDIMIDIAM
FITCCXXUETDEꝺOC
SUMOPARTEMQUOD
PEDUMESTUASISFIT
6III.TOPEDUMEST
PRAECISURAUASIS
SUBLATEREMINORE
NUNCCꝺATETUMSIC
INUENIMUSMENSU
ROLATUSMINOREIN
SEFITPEDCCXXUET
MENSUROPRAECISUS
INSEFITPEDLXXXIꝺOC
DEDUCOINSECCXXU
FITRELIQUUMCXLIIII

ꝺUIUSQUE.RIMUSLATUS
FITXIITOTPEDUMEST
CꝺATETUSARAEPED
SICINUENIEMUS
MENSUROCꝺATETU
CUMUASEꝺOCESTXII
PXXUFITCCCꝺUIUS
SEMPERDIMIDIAM
PARTEMFITCL'TOTPE
DUMSUNTHUIUSTRI
GONIEMBADUM.

SIFUERITTRIGONUS
ꝺORTOGONIUSCUIUS
SITCꝺATETUSNUME
ROPARIIDESTPED6II
ꝺUIUSLATERAQ'RO
SQSUMEMUSSEMP
PARTEMDIMIDIAM
FITIIIIꝺOCMULTIPLI
COFITX6.ꝺINCDEDU
COSEMP'I'FITRELI
QUIXUTOTPEDUM
TRIGONIUASISCUIUS
SEMPERADICIO'II'
FITXUII.ERUNTPED
YPOTENUSAE.EM
BADUMAUTEMIPSIUS
SICINUENIAEMUS
QUEMADMODUMEST
SUPRADEMONSTRA

TUM

TUMIDESTSUMPTA
UASISDEMIDIAMDEXU
FIT6IS.hOCMULTIPLICO
PERChATETUMFITLX
TOTPEDUMERUNTTRI
GONIEMBADUM

18. *Sunt autem Trigoni hoc genere, et his vocabulis numero ſex, id eſt, iſoſcelis, parallelogrammus, ſcalenus, orthogonius, iſopleurus et oxygonius. Quorum omnium effigies.*

19. *Si fuerit trigonus iſoſcelis, cujus ſint latera ped.* XXV, *baſis autem ped.* XIIII. *Quaero, quot pedum ſit hujus trigoni cathetus, et quot pedum area ſit. Sic quaeramus. Sumamus ſemper partem dimidiam baſis, id eſt de* XIIII *fit* VII. *Hoc multiplico in ſe, fit* XLVIIII: *et unum latus menſura facio in ſe, hoc eſt* XXV: *fit* DCXXV. *Deduco* XLVIIII, *fit reliquum* DLXXVI: *hujus ſemper quaero latus, fit* XXIIII: *tot pedum eſt hujus trigoni cathetus. Areae pedes ſic quaeramus. Sumo baſis partem dimidiam: fit* VII: *hoc menſuro per cathetum* XXIIII: *erunt pedes areae hujus trigoni iſoſcelis* CLXVIII.

20. *Si fuerit Parallelogrammum orthogonium, cujus ſit longitudo ped.* LXXX, *latitudo autem ped.* LX, *quaero hujus parallelogrammi orthogonii quot pedum diagonum ſit, id eſt linea, quae ab angulo ad angulum currit. Sic quaeramus. Longitudinem multiplico in ſe, hoc eſt* LXXX: *fit* VI. CCCC. *et latitudinem multiplico in ſe, hoc eſt* LX, *fit* III. DC. *Utrasque ſummas in unum, fit* X: *hujus ſumemus latus, fit* C: *tot pedum erit diagonum.*

21. *Si fuerit trigonum ſcalenum, hoc eſt oxygonium, cujus ſit latus minus ped.* XV, *baſis ped.* XXV, *latus*

majus ped. XX, *quaero hujus trigoni cathetum et embadum. Sic quaeramus. Latus minus multiplico* [in ſe], *fit* CCXXV, *et baſem multiplico* [in ſe], *fit* DCXXV. *Utrasque ſummas jungo in unum, fit* DCCCL: *hoc ſepono, et latus majus multiplico* [in ſe], *fit* CCCC. *Hoc deduco de* DCCCL, *fit reliquum* CCCCL: *hinc ſumo ſemper partem dimidiam, fit* CCXXV: *et de hoc ſumo partem, quot pedum eſt baſis, fit* VIIII: *tot pedum eſt praeciſura baſis ſub latere minore. Nunc cathetum ſic invenimus. Menſuro latus minus in ſe, fit ped.* CCXXV: *et menſuro praeciſuram in ſe, fit ped.* LXXXI. *Hoc deduco de* CCXXV, *fit reliquum* CXLIIII: *hujus quaerimus latus, fit* XII: *tot pedum eſt cathetus. Areae pedes ſic invenimus. Menſuro cathetum cum baſe, hoc eſt* XII *per* XXV, *fit* CCC: *hujus ſemper dimidiam partem, fit* CL: *tot pedum eſt hujus trigoni embadum.*

22. *Si fuerit trigonus orthogonius, cujus ſit cathetus numero pari, id eſt ped.* VIII, *hujus latera quaero. Sic quaeramus. Sumemus ſemper partem dimidiam, fit* IV: *hoc multiplico* [in ſe], *fit* XVI: *hinc deduco ſemper* I, *fit reliqui* XV: *tot pedum trigoni baſis, cui ſemper adjicio* II: *fit* XVII: *erunt pedes hypotenuſae. Embadum autem ipſius ſic inveniemus, quemadmodum eſt ſupra demonſtratum, id eſt ſumpta baſis dimidia fit* VII. S. *hoc multiplico per cathetum, fit* LX: *tot pedum erit trigoni embadum.*

Recitata eſt prima pars Compendii, in qua quidem ultima propoſ. 22. ſubjicienda videtur propp. 3 et 4.:

Digitized by Google

nam in his poſito catheto trianguli orthogonii numero impari, docet quomodo invenienda ſit et baſis et hypotenuſa; in illa poſito catheto numero pari qua ratione idem fiat tradit. At vero adjungenda videtur primae parti alia propoſitio, non differens ab 21, illique ſubjicienda, tametſi in membranis in alium locum temere conceſſit. Proficiſcitur autem item ab illis, quae Euclides demonſtravit lib. II. cap. 13. pag. 45 et 46. edit. Oxon. a. 1703. fol. eſtque ſic ſcripta in membranis:

SIFUERITTRIGONUS
OXYGONIUSCUIUSSIT
LATUSMINORPEDXIII
UASISAUTEMPEDXIIII
QUADRATIhUIUSTRI
GONICATHETUMET
ARAEPEDQUEROSQ
MULTIPLICOLATUSMINOREM
INSEFITCLX6III'ETUA
SISINSEFITCX6UTRAS
QUESUMMASINUNU
FITCCCLXV'ETFACIO
YPOTENUSAINSEFIT
IDESTXVFITCCXXV'
hOCDEDUCODECCCLXU
FITRELIQUUMCXL
hUIUSSUMOPARTE
DIMIDIAMFITLXXhINC
PARTIORXIIIIFIT.U.
TOTPEDERUNTTRIGO
NIMINUSPRECISURA
INQUAChATETUMCADET
SEDMULTIPLICOIPSU.U.
INSEFITXXU.hOCDEDUCO
DECLXUIIIIFITRELIQUU
CXLIIIIhUIUSQUEROLATUS
FITXII.TOTPEDChATETUS
AREAEUEROPEDSICI.
UENIAEMUSUASISSE
PPARTIORDIMIDIA
FIT.UII.hOCDUCO
XIIPERChATETUM
FITLXXX.TOTPED
hUIUSTRIGONIO
XYGONIIAREA

23. *Si fuerit trigonus oxygonius, cujus ſit latus minus ped.* XIII, *baſis autem ped.* XIV [,et latus majus ped. XV], *hujus trigoni cathetum et areae ped. quadratos quaero. Sic quaeramus. Multiplico latus minus in ſe, fit* CLXVIIII, *et baſem in ſe, ſit*

cxcvi: *utrasque ſummas in unum, fit* ccclxv: *et facio majus latus in ſe, id eſt* xv, *fit* ccxxv: *hoc deduco de* ccclxv, *fit reliquum* cxl, *hujus ſumo partem dimidiam, fit* lxx: *hoc pàrtior in* xiiii, *fit* v: *tot pedum erit baſis minor praeciſura, qua cathetus cadit. Sed multiplico ipſum* v *in ſe, fit* xxv; *hoc deduco de* clxviii, *fit reliquum* cxliiii: *hujus quaero latus, fit* xii: *tot ped. cathetus. Areae vero ped. ſic inveniemus: Baſis ſemper partem* (ſ. partior) *dimidiam, fit* vii: *hoc duco per* xii *cathetum: fit* lxxxiiii: *tot pedum* [eſt] *hujus trigoni oxygoni area.*

Usque eo recitaveram, cum intravit ad nos eximius adoleſcens Gregorius Theſſalonicenſis, ex nobili Zalicoglorum familia, celſiſſimae nobilitatis Patricio D. Choiſeuil-Gouffier a ſecretis. Qui cum ſingulos ſalutaſſet, eſſetque a nobis amiciſſime reſalutatus, Nae tu hic nactus es, Bredovi, inquam, omnium optimum et exercitatiſſimum interpretem, qui explanet ſubobſcura illa, de quibus tu heri. Quid eſt, Carole, inquit Baſtius: ubi ſunt quae poſſunt eſſe iſti ſubobſcura? Sunt, inquam, Baſti, et illi, et nobis omnibus. Nam incidit heri Bredovius in fragmentum itinerarii graece quidem ſcriptum, ſed tam inquinate, tam barbare, ut mediusfidius opus illi fuerit Delio non Apolline, ſed carabocyri aliquo, ut illi loquuntur, id eſt naviculario, ut omnia intelligeret: quin etiam vereor, Gregori, ut velis ad ea attendere, cum mecum ipſe reputo, quam diverſa ſint cum à ſcriptionum tuarum elegantia, illoque inprimis franco-graeco (ut hac voce utar) lexico, quo utrumque populum et meum et tuum egregie juvaſti, tum a ſermonis tui lepore, in quo agnoſcere ſemper mihi videor puriſſimum Bucareſtinae aulae Atticiſmum. Quidni velim? inquit: ego,

Digitized by Google

Carole, ſic intelligo: inter patrios ſcriptores nullum tam barbarum, tamque exilem aut tenuem reperiri, ut non oculos meos auresque citra faſtidium remorari et poſſit interdum, et debeat. Sed metuo, ne vos interpellem. Dii meliora, inquam: quotidie ſolemus huc convenire, nec occaſione carere poſſumus colloquendi: te vero rarius nanciſcimur. Quare quaeſo, Bredovi, ſi tibi videtur, porrige Gregorio quae deſcripſiſti, nobis ut recitet. Sunt, inquis, (quia tu nunc, Carole, iſta audire mavis quam tua pergere) ex Codice Regio milleſimo ſeptingenteſimo duodecimo, ſic indicata in Catalogo excuſo, tomo altero: *Itinerarium graecobarbarum, ab inſula Cypro ad Uſumcaſſani usque regiam*, translata a me magis ut inedita, quam quod putarem magni momenti. Sed tu exordire, ſi placet. Et Gregorius ſumtis pagellis ſic recitavit:

Περὶ εἰς οὓς βούλονται πορευθῆναι εἰς τὸν τόπον τοῦ Οὐζούχασαν.

Εἴ τις βούλεται ἵνα ὑπάγῃ εἰς τοῦ Οὐζούχασαν τὸν τόπον, μᾶλλον δὲ εἰς τὸ σκαμνίτου, ὅθεν ἐστὶν ὁ θρόνος τῆς βασιλείας αὐτοῦ, ἤγουν εἰς τὸ Ταβρής· διὰ νὰ ἠξεύρῃ εἰς πόσας ἡμέρας ἠμπορεῖ νὰ ὑπάγῃ τινὰς πεζὸς καὶ καβαλλάρης, γράφω σοι ἀκριβέστατα οὕτως·

Πρῶτον μὲν περνᾶς εἰς τὴν Κύπρον, μὲ πλεύσιμον. Ἔπειτα δὲ, ἀπὸ τὸν κάβον τοῦ νησίου τῆς Κύπρου, ἕως εἰς τὴν Τρίπολιν, ἐστὶ πέραμα μίλια ξ· λοιπὸν, περνά τα, ὀδειὰν μιᾶς ἀρμενισίας. Ἔπειτα δὲ, ἀπὸ τὴν Τρίπολιν, σηκώνεται πεζὸς ἄνθρωπος καὶ ὑπάγει ἕως τὸ Χαμὰ, ὀδειὰν ἡμέρας τρεῖς, καὶ ὁ καβαλλάρης ὑπάγει διὰ μίαν ἥμισυ ἡμέραν. Καὶ ἀπὸ τὸ Χαμὰ σηκώνεται ὁ πεζὸς ἄνθρωπος, καὶ ὑπάγει ὀδειὰν ἡμέρας δύο εἰς τὸ Χαλέπη, καὶ ὁ καβαλλάρης ὑπάγει ὀδειὰν μίαν ἡμέραν. Ἀπὸ τὸ Χαλέπη σηκώνεται ὁ πεζὸς, καὶ ὑπάγει ὀδειὰν ἡμέρας δύο, εἰς τὴν Μαλατίαν, καὶ ὁ καβαλλάρης ὀδειὰν ἡμέραν μίαν. Ἀπὸ τὴν Μαλατίαν ὁ πεζὸς ὑπάγει ὀδειὰν ἡμέρας δύο εἰς τὴν Τραπνυρίαν, καὶ ὁ καβαλλάρης ὀδειὰν ἡμέ-

ραν μίαν. Ἀπὸ τὴν Τραπυρίαν ὁ πεζὸς ἄνθρωπος ὑπάγει ὀδείαν ἡμέρας τρεῖς εἰς τὸ Χαμήτι, καὶ ὁ καβαλλάρης διὰ μίαν ἥμισυ ἡμέραν. Ἀπὸ τὸ Χαμήτι ὁ πεζὸς ἄνθρωπος ὑπάγει εἰς τὸ Ταβρέσζην ὀδειὰν ἡμέρας δεκαὲξ, καὶ ὁ καβαλλάρης ὀδειὰν ἡμέρας ιβ· ὅθεν ἐστὶν τὸ σκαμνὶ τοῦ Οὐζούχασαν. Λοιπὸν, ἀπὸ μέσα ἀπὸ τὴν Τρίπολιν ἕως τὸ σκαμνὶ τοῦ αὐτοῦ Οὐζούχασαν ὑπάγει ὁ πεζὸς ἄνθρωπος ὀδειὰν ἡμέρας κη, καὶ ὁ καβαλλάρης ὀδειὰν ἡμέρας ιη. Τέλος.

Quae cum recitaſſet Gregorius, Iſte homo, inquit, mera ſcelera loquitur: vos vero nolite putare, obſecro, illos inter nos, quibus eſt non dico literatura illa, ſed vel uſus loquendi aliquis, vel patriae dignitatis ratio, vel ullum omnino ingenium, non multo purius emendatiusque loqui. Quippe *σκαμνὶ* nos dicimus *πρωτεύουσαν πόλιν· μὲ πλώσιμον, διὰ θαλάσσης· κάβον, ἀκρωτήριον· ὀδειὰν, ὀδείαν· ἀρμενισίαν, πλοῦν*, ſive rectius *νυκτημερόπλουν· σηκώνεται, ἐξανίσταται· καβαλλάρην, ἱππέα·* quaedam tamen, ut *ἠμπορῶ* pro *δύναμαι*, et *ἠξεύρω* pro *οἶδα*, adhuc toleramus neceſſario. Atqui vos, inquit Olaus, linguam a patribus veſtris accepiſtis mancam et imperfectam locis multis, ſine futuro, ſine infinitivo, ſine plusquamperfecto: voculis etiam inquinatam non antiquis, opinor, *νὰ, δὲν, εἶχα, εἶνε·* quae ferri poterant olim, nondum tritis veſtrorum hominum auribus, nondumque conjectis in vos omnium nationum oculis, nunc non ſunt tolerabilia. Ac utinam operam praeſtare tibi vellent cives tui, Gregori, in ejusmodi monſtris exterminandis non ex libris modo, verum etiam ex ſermone quotidiano: quam vos facile hac via, diutius ſi pergitis, vel Platonicam eſtis vel Plutarcheam ſaltem linguam recuperaturi. Hic Gregorius arridens, Fortes fortuna, inquit: ſed redeamus ad Uzumchaſſanem, cujus nomen vobis quoque in Occidente non inauditum eſſe arbitror. Nam cum eſſet Scytharum regulus, quos nos Asprobatados vocamus, vos

Turcomannos, nec ita ſirmas a principio opes haberet, emerſit repente ex avito regno, maximarumque copiarum imperator evaſit, omniumque populorum victor et princeps, qui a monte Caucaſo et Sebaſte oppido per Armeniam Syriamque interamnem usque ad Perſiam et mare rubrum latiſſimis finibus protenduntur. Quare cum eodem tempore Turcae ſubacta Graecia interemptoque Conſtantino imperatore noſtro efferveſcerent in Europam, factae ſunt ad Uzumchaſſanem variae ex Occidente legationes, ut Maumethum ſecundum Turcarum regem a tergo adoriretur: quibus de legationibus peculiares libros ſcripſerunt cum latine Philippus Callimachus, tum italice Joſephus Barbarus et Ambroſius Contarenus patricii Veneti, hic a. 1473, ille a. 1471 a Senatu ſuo in Perſiam miſſi. Ac Barbarus quidem a Cypro inſula per Seleuciam, Tarſum, Adanam, Amanum montem, Edeſſam, Miriden Curdorumque montes Taurin perrexit, Contarenus ingenti circuitu per Germaniam, Poloniam, Ruſſiam, Cherſoneſum, Pontum Euxinum, Phaſin urbem, Mingreliam, Georgiam: quare ab itinerario noſtro plurimum differt utriusque narratio. Sed videtur tamen, inquit Olaus, eadem fere via rediiſſe Barbarus: ſcribit enim, Melitam ſe acceſſiſſe, et Halepum, et Tripolin.

Recte id quidem animadvertis, Olaë, inquit Georgius. Voluit enim, opinor, evitare Barbarus montes Transtigritanos Curdorum latrociniis infames, perque Armeniam longo anfractu Tauri Tripolin iter fecit, non recta per Moſul, et Singaram, et Raccam, et Palmyrae ſolitudines. Idcirco miror, non magis hoc loco inter ſe congruere itinerarium, et ſummam narrationis Barbarinae. Sane vero, inquit Gregorius; nec ſcio, ubinam gentium quaerendae ſunt duae illae itinerarii ſtationes Trapyria et Chamit, niſi forte in Chamit Amidam putatis latere. Sed haec transeo, quae pro ſumma ſua doctrina ſummoque judicio explanabit fortaſſe nobis familiaris, Olaë, tuus Malto Brunus, nobilis inprimis geo-

Digitized by Google

graphus: unum illud admonebo, in itinerario quaedam perſpicue falſa eſſe, ridiculeque imminutas locorum diſtantias. Ut hoc, a Cypro inſula Tripolin eſſe M. paſſ. LX. At enim a Dinareto promontorio Tripolin habentur M. paſſ. C: a Pedalio CX: ab 'Ammochoſto totidem. Numeri vitioſi, dicetis. Quid illud, Halepo, hoc eſt Berrhoea, peditem Melitam venire biduo, equitem diei itinere? Sed Halepum abeſt Melita ad minimum M. paſſ. CL, hoc eſt leucis Gallicis circiter XLV: quas quo pacto pedes duobus, eques uno die poſſit pervolare, in montibus praeſertim Syriae Euphratenſis, equidem non video.

Sed ficut dixi, haec omnia componine poſſint inter ſe, nec ne, aliorum erit judicium: nunc quo conſilio huc veni accipite: nempe ut vos in Elyſios Campos ducerem, monſtraremque, ſicut promiſeram, in Choiſeulanis hortis ſigna marmorea illa, quae ex Attica advexit nuper celſiſſimae nobilitatis patricius, cujus in aedibus habito. Tu ſane, Gregori, inquit Olaus, feciſti tuo more, id eſt amantiſſime: quin igitur capiamus iter: nam calorem jam fractum eſſe arbitror hoc poſtmeridiano tempore. Sed quid eſt, Baſti, quod te neſcio quid conturbatum video et ſubtriſtem? Ego vero, Olaë, inquit, cogitabam, ſi quis quae partim gallice, partim germanice, partim poſt Gregorii adventum graece ſumus inter nos hodie collocuti, latine verſa libroque inde facto typis vellet deſcribere, Dii boni, quanta in illo libro procul a nobis excuſo exiſteret mendorum copia! Quamobrem idem fere poſſumus excuſori impreſſorive iſti quod librario ſuo Euſebius in praefatione Chronici dicere, cum ait: *Adjuro te, quicunque hos deſcripſeris libros, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, et ejus glorioſum adventum, in quo veniet judicare vivos et mortuos, ut conferas quod ſcripſeris, et emendes ad exemplaria ea, de quibus ſcripſeris, diligenter: et hoc adjurationis genus transſcribas, et transferas in eum codicem, quem deſcripſeris.*

Digitized by Google

Quae cum dixiſſet, conſurreximus ridentes, inque hortos perreximus.

ANNOTATIO EDITORIS.

Pleniorem Codicis hujus notitiam dedit *Schneideri* Praefatio ad Vitruvium p. IX et X, a quo deinde ſui admonitus, extare typis impreſſam magnam libri partem edente A. Schotto. Volumen in his terris rariſſimum uſibus meis ſubminiſtravit ſupellex libraria Ez. Spanhemii inſerta Bibliothecae Regiae Berolinenſi: cujus argumentum hic ſtatim ſubjungo. Impreſſo Antwerpiae 1616. quart. inſunt haec:

Tabulae rei Nummariae Romanorum Graecorumque ad Belgicam, Gallicam, Hiſpanicam et Italicam monetam revocatae. Ex Gui. Budaeo, Agricola et Ciacconio. pag. 22.

Tabula Anomalorum Verborum Graecorum ad inveſtigandum difficilium. pag. 14.

Tabula Menſium Romanorum et Atticorum, p. 16. Dein ſequitur:

Geometrica et Gromatica Vetuſti ſcriptoris. Ex antiquiſſimis nunc demum membranis eruta ſtudio Andr. Schotti Antverpiani S. I. p. 3 — 17.

Invenerat in Dunenſis perveteris Abbatiae, ordinis Ciſtercienſium, bibliotheca codicem perantiquum, qui Boëtium de Muſica ac Geometria continebat: cujus initio haec erant Geometrica Elementa, Latine conſcripta, anonymi quidem, at eruditi ſcriptoris: ſed ἀτελὲς erat truncatumque opuſculum ac lacerum. — Adjeci, pergit Schottus, et ſimilia, inedita tamen, Epaphroditi et Vitruvii Rufi Excerpta, e ſchedis olim Caroli Langii, hominis doctiſſimi, manu deſcriptis, etſi mendoſa, quia gemina ſunt, ſi forte ſaeculi felicitate meliore reperto codice integrari haec aliquando queant: ut et Latinis illu-

Digitized by Google

ſtrari litteris queant, quae in Euclidis Megarenſis Geometricis lib. V et IX Graecorum tantum eſſe propria videbantur, idque poſt Boëthium, Caſſiodorum et Agrimenſores latinos. Hos autem ſcriptores vidiſſe etiam apparet Pet. Gallandium Belgam, qui ante hos ipſos annos 60 ſaeculi illius, Lutetiae edendum curavit typis eruditiſſimi Turnebi (quem ut familiarem in Belgium luſtrandis una bibliothecis duxerat) nactusque erat ad S. Audomari fanum in Bertiniana antiquiſſima Bibliotheca priſcos Gromaticos Scriptores Latinos etc. Ad calcem: Index Auctorum Plinii majoris.

Comparatis his A. Schotti Excerptis lector intelliget, multis locis utrumque exemplar mutuam opem ſibi praeſtare. Utinam etiam huic ſcriptori ſuam operam commodare et impendere velit doctiſſimus Lipſienſium Profeſſor *Möllweide*, qui menſuras agrorum ſimiles a Columella libro V traditas enarravit. Denique moneo, narratum mihi fuiſſe a Schneidero, inter Codices Santenianos ab illuſtri et doctiſſimo *H. Fr. de Diez* emtos reperiri etiam notitiam Codicis olim ab Arcerio poſſeſſi; cujus tamen uſum a liberalitate ſumma viri illuſtris impetrare temporis anguſtiae non paſſae ſunt.

Digitized by Google

EX EPAPHRODITO ET VITRUVIO RUFO p.17.

EXCERPTA.

Trigoni Orthogonii linearum nomina: cathetus, id eſt perpendicularis; baſis, i. e. ſedes; hypotenuſa, id eſt obliqua. Erit autem in orthogonio triangulo, ut cathetum in ſe, et baſi in ſe iunctum ſaciat hypotenuſam ſic quaeres: 5. in ſe, fit 25. et 12. in ſe, fit 144. Jungo in unum, fit *) 169. ejus latus fit 13. erit hypotenuſa. Itaque ſi hypotenuſam in ſe multiplicaveris, id eſt, ex 169. deduxeris cathetum in ſe, id eſt 25. reliqui 144. ſumo latus, fit 12. erit baſis: de hypotenuſa in ſe multiplicata, id eſt de 169. deduxeris baſim in ſe, id eſt 144. reliqui 25. hujus latus fit 25. erit cathetus.

Mons eſt, qui habet ad pedem in circuitu pedes 2500. immediate totidem pedes 1600. et in cacumine adaeque in circuitu pedes 100. ſed habet in aſcenſione pedes 500. quaero jugera ſ. q. **) Jungo in unum tres circuitiones, id eſt, 2500. 1600. ſumpta ſemper parte tertia, fit 1400. Totiens duco 500. per altitudinem, fit 700. et video p.18. quoties habet 27. 700. fit 24. 2Δ5. erunt jugera 24. hoc eſt, tabula ***) quartum jugerum et p. 1600.

Mons eſt ſtrabus, qui habet ad pedem in circuitu p. 1400. in cacumine circuitus p. 200. ſed eſt altus in parte dextra p. 850. et ex parte laeva p. 770. quaero iugera ſ. p.****) ſemper, iungo in unum duas circuitiones, hoc eſt, 1400. et 200. ſumpta ſemper parte dimidia, fit

*) Ita eſt impreſſ. leg. vero fit. **) Hoc eſt ſic quaeres. ***) Quatuor. ****) leg. q.

800. Facio et aſcenſus ambos in unum, 850. et 750. ſumpta adaeque dimidia, fit 800. hoc duc per 800. fit 640. Erunt pedes quadrati, jugera inveniamus fig. 12.

Sunt autem Trigoni hoc genere, et his vocabulis v. g. id eſt, iſoſceles, parallelogrammus, ſcalenus, orthogonius, iſopleurus, et oxygonius: quorum omnium effigies ſi fuerit trigonus iſoſceles, cujus ſint latera p. 25. baſis autem pedes 14. quadrati: quaero quot pedes ſint hujus trigoni cathetus, vel quot pedum area ſit, ſic quaeramus: Sumamus ſemper partem dimidiam baſis, id eſt de 14. fit 7. hoc multiplico in ſe, fit 49. et unum latus menſurae facio in ſe, hoc eſt 25. in ſe, fit 625. deduco 49. reliquum 576. hujus ſemper quaero latus, fit 24. tot pedum eſt hujus trigoni cathetus. Areae pedes ſic quaeramus. Sumo baſis partem dimidiam, fit 7. hoc menſuro per cathetum 24. erunt pedes hujus trigoni iſoſcelis areae pedes 169.

Si fuerit trigonus parallelogrammus orthogonius, cujus longitudo pedum 80. latitudo autem pedum 60. quaero hujus parallelogrammus orthogonii quot pedum diagonum fit, id eſt, linea, quae ab angulo ad angulum currit. Longitudinem multiplico in ſe, hoc eſt 80. fit 6400. Et latitudinem multiplico in ſe, eſt 60. fit 3600. utrasque ſumas in unum, fit 10000. hujus latus fit 100. tot pedum erit diagonum.

Si fuerit trigonum ſcalenum, hoc eſt oxygonium, p.19. cujus ſit latus minus pedum 15. baſis pedum 25. latus majus ped. 25. Quaero hujus trigoni cathetum et embadum ſ. p. Latus minus in ſe fit 225. et baſim multiplico, fit 625. utriusque ſummas jungo in unum, fit 850. hoc ſepono, et latus majus multiplico, fit 400. hoc deduco de 850. fit reliquum 450. hinc ſumo ſemper partem dimidiam, fit 225. et de hoc ſemper ſumo partem dimidiam, fit 221. et de hoc ſumo partem: quot pedum eſt baſis, fit 8. tot pedum eſt praeciſura baſis ſub latere minore. Nunc cathetum ſic invenimus: Menſura

Digitized by Google

latus minus in ſe, fit ped. 225. et menſuro praeciſum in ſe, fit ped. 81. hoc deduco de 225. fit reliquum 144. Hujus quaerimus latus, fit 20. tot pedum eſt cathetus. Areae pedes ſic invenimus: Menſuro cathetum cum baſi, hoc eſt 12. cum 20. fit 300. Hujus ſemper ſumo dimidiam partem, fit 150. tot pedum eſt hujus trigonii embadum.

Si fuerit trigonus orthogonius, cujus ſit cathetus numero pari, id eſt, pedum 8. hujus latera quaero ſ. p. Sumimus ſemper partem dimidiam, fit 4. hoc multiplico, fit 16. hinc deduco ſemper 1. fit reliqui 15. Tot pedes trigoni baſis, cui ſemper adjicio 2. fit 17. erunt pedes hypotenuſae. Embadum autem ipſius ſic inveniemus, quemadmodum eſt ſupra demonſtratum, id eſt, ſumpta baſis dimidia de 15. fit $7\frac{1}{2}$. hoc multiplico per cathetum, fit 60. Tot pedum erit trigoni embadum.

Si fuerit trigonus iſopleurus, quod eſt ſolidum, paribus lateribus clauſis, ut ſint latera ſingula; ſed et baſis numero pari 28. quaero hujus trigoni iſopleuri ſive ſolidi quot pedes area colligat. Multiplico unum latus in ſe, id eſt 28. fit 774. Huic adjungo ipſarum aream, fit 812. ſumpta parte dimidia, fit 406. tot pedum eſt hujus trigoni iſopleuri area.

Ut hujus trigoni iſopleuri manifeſtam menſurae inveniamus rationem: eſt itaque trigonus 8. figurae et p. 20. menſurae, cujus area colligit p. 406. Caeteris unius quaero pedes ſ. q. Facio hujus trigoni ſemper ductam per aream octies, fit 3248. Huic ſemper adjicio 1. fit 3249. quaero hujus ſummae quadratum, hoc eſt latus, fit 57. hinc ſemper deduco 1. fit reliqui 56. ſumpta parte dimidia. fit 208. tot p. ſunt per latera ſingula hujus trigoni iſopleuri.

Omnis hexagonus aequis habetur lateribus, cujus latus unum in ſe multiplico, et iterum quater duco ipſam aream: ſemper bis adiicio dimidiam partem, ſumo

hexagonum, dico*. †) Si fuerit hexagonus, cujus latera ſunt ſingula p. 10. quaero quot pedes area colligat ſ. q. Multiplico unum latus in ſe, ſit 100. hoc duco quater, ſit 400. ſumpta parte dimidia, ſit 120. tot pedum eſt hujus hexagoni area. Ut hujus hexagoni manifeſtam menſurae inveniamus rationem. Eſt igitur hexagonus, cujus area colligit p. 320. unius lateris quaero menſuram ſ. q. Duco tricies bis 210. ſit 7724. et quaero hujus ſummae latus, ſit 82. hinc ſemper deduco 2. ſit 80. reliqui ſumpta parte 8. ſit 10. tot pedum eſt hujus hexagoni latus.

Omnis heptagonus aequis habetur lateribus, cujus latus unum in ſe multiplico, et poſtea quinquies duco; ipſa area ter, deduco dimidiam partem, ſumo heptagonum, dico *. Si fuerit heptagonus, cujus latera ſingula habeant pedes 10. quaero quot ped. area colligat ſ. q. Multiplico unum latus in ſe, ſit 100. hoc duco quinquies, ſit 500. hinc deduco, area ter ducta, hoc eſt p. 30. reliqui 470. ſumpta parte dimidia, heptagoni manifeſtam menſurae invenimus rationem. Eſt itaque heptagonus, cujus area colligit pedes 235. unius lateris quaero menſuram ſ. q. Duco ſemper quadrageſies 225. ſit 9400. huic ſemper adjicio 9. ſit 9409. Et quaero hujus ſummae latus, ſit 97. huic adjicio ſemper 3. ſit 100.
p.21. ſumpta parte decima, ſit 10. Tot pedum ſunt hujus heptagonii latera ſingula ab aſſe usque 10. in heptagonum numerum datum in heptagonum ſit 235. Hoc duco bis, ſit 470. adjicio ipſum, 10. ſit 480. duco per 1. plus, et partior partem ſextam, ſit 930. Si cum lateribus duxeris numerum datum in trigonum, ſit 55. adjicies ad 880. ſit 935. ſi ſine lateribus deduces, et ſit 825.

Omnis octogonus aequis habetur lateribus, cujus latus unum in ſe multiplico, et poſtea ſepties ductum ſa-

---

†) Aſteriſcus adjectus ſine nota.

Digitized by Google

cio ipſa area quater. Deduco dimidiam partem, ſumo orthogonum dico *. Si fuerit octogonus, cujus ſint latera ſingula pedes 10. quaero quot pedes area colligat. Multiplico unum latus in ſe, fit 100. hoc duco ſepties, fit 600. ex hoc deduco areâ quater ducta, hoc eſt, 40. fit reliqui 560. dimidiam partem ſumo, fit 280. Tot pedum hujus octogoni area colligit. Ut hujus octogoni manifeſtam inveniamus menſurae rationem. Eſt itaque octogonus, cujus area colligit p. 280. unius lateris quaero menſuram ſ. q. Duco quadrageſies 104. per areae pedes, fit 13440. huic adjicio 16. fit 13453. et video hujus ſummae latus, fit 106. huic adjicio 4. fit 120. ſumpta parte duodecima, fit 10. erit hujus octogoni latus ab aſſe usque 10. in 4. octogonum. Numerum datum in octogonum fit 280. hoc duco bis, fit 660. adjicio ipſum 10. 570. duco hoc per unum plus hoc, eſt 11. fit 770. partior ſemper partem ſextam, fit 1045. Si cum lateribus dixerit, adjicio numerum datum, qui trigono 55. et fit 1100. ſi ſine lateribus deduces, de 1045. tollo 55. et fit 990.

Omnis enneagonus aequis habetur lateribus, cujus latus unum in ſe multiplico, et iterum ſepties ductum facio. Ipſa area 5. deduco dimidiam partem ſuam, enneagonum dico.

Si fuerit decagonus, cujus ſingula latera habeant pedes 10. quaero quot p. area colligat. Multiplico unum latus in ſe, habens 100. Hoc duco octies, fit 800. hinc p.22. deduco areâ ſepties ducta, hoc eſt 60. fit reliqui 710. †) ſumpta parte dimidia, fit 370. Tot p. eſt hujus decagoni area. Ut hujus decagoni manifeſtam menſurae inveniamus rationem. Eſt itaque decagonus, cujus area colligit pedes 378. lateris quaero menſuram. Duco 64. per 370. fit 23680. ſuperadjicio 36. fit 23716. Hujus ſummae quaero latus, fit 164. ſuperadjicio 6. fit 160. ††)

†) l. 740. ††) Fort. 170.

ſumpta parte decima ſexta fit 166. hujus erit decagonum ablatum ab aſſe usque 10. in decagonum. Numerum datum in decagonum, fit 370. hoc duco per unum plus, eſt 11. fit 7250. partior ſexies, fit 6380. ſi cum lateribus dixerit numerum datum in trigonum.

Omnis hendecagonus aequis habetur lateribus, cujus latus unum in ſe multiplico, et poſtea novies duco. Ipſa area ſepties ducta, deduco dimidiam partem, ſumo hendecagonum dico *. Si fuerit hendecagonus, cujus latera ſingula ſunt p. 10. quaero quot p. area colligit. Multiplico unum latus in ſe, fit 100. hoc duco novies, fit 900. hinc deduco area ſepties ducta, fit 70. reliqui 830. ſumpta parte dimidia, fit 415. tot p. area colligit. Ut hendecagoni menſurae inveniamus rationem. Eſt igitur hendecagonus, cujus area colligit p. 415. unius lateris quaero menſuram. Duco 72. per 415. fit 29880. ſuperadjicio 49. fiunt 29929. Et hujus ſummae quaero latus, fit 173. huic adjicio ſemper 7. fit 180. ſumpta parte decima ſeptima, fit 10. Eſt hendecagoni latus ab aſſe usque 10. in hendecagonum. Sic quaero numerum datum in hendecagonum, fit 415. hoc duco bis, fit 830. adjicio ipſum decies fit 840. duco per unum plus, 2000. et partior 6. fit 1540. Si cum lateribus dixeris, numerum datum in trigonum adjicio, fit 1595. Si ſine lateribus dixeris haec deduco et renuncio †).

Omnis dodecagonus ††) habetur lateribus, cujus latus in ſe multiplico, et iterum decies duco. Ipſa
p.23. area octies ducta deduco dimidiam partem, ſumo dodecagonum dico *. Si fuerit dodecagonus, cujus latera ſingula habent p. 10. quaero quot p. area colligit. Multiplico unum latus in ſe, fit 100. Hoc duco decies fit 1000. hinc deduco areae octies, id eſt, 80. fit reliquit 920. ſumo partem dimidiam, 460. tot p. eſt. Hujus dodecagoni, ut manifeſtam menſurae inve-

---

†) Fort. renumero, ut inf. ††) Adjic. videtur: aequis.

inveniamus rationem. Eſt itaque dodecagonus, cujus area colligit p. 460. unius lateris menſuram quaero. Duco 80. per 460. fit 36800. ſuper adjicio 64. fit 36864. et hujus ſummae quaero latus, fit 192. Huic adjicio 8. fit 200. ſumpta parte vigeſima, fit 10. erit latus dodecagoni hujus ab aſſe usque 10. in dodecagonum. Numerum datum in dodecagonum, fit 460. hoc duco bis, fit 920. Adjicio iterum 10. fit 930. duco per unum partes, hoc eſt, 11. fit 10230. et partior partem ſextam, fit 1705. ſi cum lateribus duxeris numerum datum in trigonum, fit 55. adjicio, fit 1760. ſi ſine lateribus deduco et renumero.

Sphaera eſt, cujus diametrum p. 14. quaero hujus ſphaerae incuraturam. Semper diametrum duco bis, fit 28. hoc multiplico in ſe, fit 784. hoc duco undecies, fit 8624. Sumpta parte decima quarta, ac decima ſexta, tot p. erunt.

Si fuerit cyclus, cujus eſt diametrum p. 14. quadrati hujus cycli aream quaero. Facio diametrum in ſe, fit 192. et duco undecies; fit 2150. hujus ſumimus partem decimam quartam, fit 163. tot pedes erunt hujus cycli embadum, hoc eſt area.

Si fuerit circuitio p. 44. diametrum p. 14. quaero hujus areae pedes. Sumo circuitionem per partem dimidiam, fit 22. et diametrum per partem dimidiam, fit 70. hoc duco per 22. fit 154. tot erunt hujus areae pedes.

Si fuerit hemicyclus, cujus baſis ſit p. 26. curvatura p. 14. quaero hujus hemicycli aream. Facio hujus p.24
hemicycli baſis per curvaturam, id eſt, 28 per 14. fit 392. Hoc duco undecies, fit 4312. ſumpta parte decima quarta, fit 308. tot p. ſunt hujus hemicycli area.

In trigonum orthogonum circulum inſcribere, qui omnes ejus lineas tangat, ſic: junge cathetum et baſim, deme hypotenuſam, erit diametrum circuli.

Digitized by Google

Arborem ſive turrem, vel quodcumque fuerit excelſum, ut ſine umbra ſolis, et lunae menſures, et dicas quot p. habeat altitudinis, facias ſic: Decumbis* in dentes, et da te retrorſum donec cacumen videas, et ex eo loco unde cacumen plictum †) cum coelo videris, ſurge, et menſura per terram usque ad arborem, vel turrem, vel quodcumque fuerit, et quot pedes inveneris, tot ſunt altitudinis eius.

Mille paſſuum per mille quadrata jugera 868. ſi interrogatus fueris, decem millia per 10000. quot jugera quadrata ſunt? Facies numerum datum in ſe totiens ducis eram. hoc eſt 868. usque reſponde, et quoniam dixit decem millia, per decem millia decies deni fit 10. centies 767.

---

†) f. plicatum.

Digitized by Google

XIV.

De quibusdam locis Allegoriarum Homericarum, quae ſub HERACLIDIS nomine feruntur, diſſeruit

C. B. HASE,

CODD. GRAECORUM ET LATINORUM IN BIBL. IMPERIALI PARISIENSI SUB PRAEFECTO CUSTODE.

Inter Codices manuſcriptos, qui ex Vaticano Pariſios translati nunc in Bibliotheca Imperiali conſervantur, eſt trecenteſimus tertius, bombycinus, quadrata forma, prae aliis dignus, qui accuratius deſcribatur et conferatur. Ea enim eſt varietate argumenti, ut poetica, mythologica, ſophiſtica, contineat plura: ea auctoritate, quae in libro a manu docta ſcripto eſſe debet: vetuſtate, ſi non ſumma, tamen non contemnenda; eſt enim imperante Comnenorum gente in Graecia exaratus. Scripta autem extant in illo: Nicandri Theriaca, Porphyrii liber Quaeſtionum Homericarum, Heraclidis Allegoriae Homericae, Porphyrius de antro Nympharum, Heraclitus de Incredibilibus, alter liber de Incredibilibus, quem Allatius Romae edidit ad Heracliti calcem, Libanii narrationes, Vita Homeri Herodoto attributa, Menandri comici fragmenta, Theodori Prodromi opuſcula permulta. Verum ea nunc ego omnia hoc libentius praeteribo, quod pleraque ſummus Bibliothecae Imperialis Praefectus, cui Latinorum Graecorumque mandata cura eſt, in Notitiis manuſcriptorum Bibliothecae Nationalis enucleate perſcripſit. Quae ſunt ad finem codicis, nondum edidit, differet vero de

Digitized by Google

iis in commentariis ſequentibus. Unum tantum memorabo *Heraclidis* libellum, quem ſcio non comprehenſum eſſe in illis commentariis. Neque eſt is liber integer in codice, maior ejus pars deſideratur, nempe priora quadraginta capita, incipitque fragmentum pag. 140. editionis Schowianae, Gottingae 1782. 8. excuſae, a dimidiato verbo — *θεῖναι θαλάττῃ καὶ Ταρτάρῳ*, quibus in editione praecedunt, *οὐρανὸν ἀντιθεῖναι.* Quod fragmentum, quamquam ipſum quoque corruptum paſſim ſit perarатumque in charta carioſa, habet tamen et locos non paucos aliter ſcriptos ac ſunt apud Schowium, et in fine perorationem non brevem, quae ab editionibus omnibus abeſt. Quare nunc referam quaedam, quae in hoc codice probe ſcripta eſſe puto: alias perorationem, usque ad hoc tempus doctis incognitam, ex eodem codice reſtituere conabor. Opem certe feret Codex octingenteſimus ſeptuageſimus primus inter graecos Vaticanos, quem *Baſtius* in epiſtola critica paſſim laudat et de quo idem in Schoellii Repertorio Tom. I. p. 65. „Ce precieux manuſcrit eſt beaucoup plus complet que le texte imprimé; ſurtout vers la fin, où toutes les éditions ont une lacune. Gale ſ'etoit aperçu qu'il y manquoit quelque choſe, (Voyez ſa préface.) mais on ignoroit alors qu'il exiſtât un manuſcrit qui y ſuppléoit. Cependant, avec ce ſupplément même, Heraclide n'eſt pas encore complet."

Multae ſunt, ut fieri ſolet, in his codicibus lectiones, quarum varietas haud magni momenti, velut *ἤτοι*, *ἐπεὶ*, *ὥς*, *θάλασσα*, *περισσότερον*, fere ſemper ſcripta pro *τουτέςι*, *ἐπειδὴ*, *ὥςπερ*, *θάλαττα*, *περιττότερον*, quae ſunt in libris vulgatis. Breviter quoque haec tantum attingam:

Pag. 140. ed. Schow. lin. penult. *χρόνου δὲ καὶ φύσεως τέκνα*, in Cod. *χρόνου δὴ*, recte, opinor.

Pag. 141. lin. 6. bene in Codice: *ὥςπερ ἑστίαν τινὰ τὴν τῶν ὅλων δημιουργὸν*, in edit. *ὥςπερ ἑστίαν τινὰ τῆς*.

Pag. 143. lin. antepenult. in Cod. *αἱματοέσσας δὲ ψιάδας κατέχευεν ἔραζε*, Homericis verbis Iliad. 11, 459, in ed. *ψεκάδας*.

Pag. 146. lin. 2. *τὸ μηδὲ νύκτα τῶν πόνων ἐκεχειρίαν ἄγειν*, Cod. *νυκτός*.

Ibid. lin. 8. *φυσικῶς δὲ τῆς ἀμόρφου τε καὶ μὴ διακεκριμένης ὕλης*, Cod. *τῆς ἀμόρφου ποτέ*.

Pag. 147. lin. 5. *ὕλαι δὲ τίνες αὐτοῦ τῆς κατασκευῆς*; Cod. *αὐτῷ*.

Pag. 153. lin. 5. *εἰκότως οὖν νύκτα θοὴν ὠνόμασε*, Cod. pro *ὠνόμασε* habet *λέγεσθαι*.

Ibid. lin. 8. *φυσικῶς δὲ περὶ τούτου ὁ λόγος ἀποδείκνυσιν, ὅτι σφαιροειδής ἐϛιν ὁ κόσμος*, Cod. *φυσικῶς δὲ διὰ τούτου ὁ λ. ἀποδ., ὅτι σφ. ὁ κόσμος*, absque verbo *ἐϛίν*.

Sed redeamus ad pag. 143. lin. 1. *ποταμῶν τε καὶ πηγῶν ναμάτων αἱμοφρύκτοις ῥεύμασιν ἐκμιαινομένων*. Illud *αἱμοφρύκτοις* operarum opinor mendum eſſe; eſt enim vox nihili. Habes eundem locum in Iliade Villoiſoniana Venetiis 1788. fol. pag. 398. ad π, 459: *ποταμῶν τε καὶ πηγαίων ναμάτων αἱμορροφύτοις νάμασιν ἐκμαινομένων*, negligenter exſcriptum; nam *αἱμορροφύτοις* etiam vox nihili eſt. Cod. Vat. 303. habet *αἱμοφύρτοις*, quae lectio ſatis placeat, niſi in Cod. Vat. 871. eſſet *αἱμοφορύκτοις*, ſanguine inquinatis: quae vox, quamquam eſt rariſſima, placet ob ipſam raritatem. E ſcholiis autem Venetis *πηγαίων* pro *πηγῶν* reſtituamus; nam quamquam *νᾶμα* ſaepius cum adjectivo *κρηναῖος* conjungitur, quam cum *πηγαῖος*, aliquot tamen hujus quoque conjunctionis exempla paſſim inveniuntur. Plutarch. Quaeſt. Natural. edit. Francof. 1620. fol. pag. 912. A. *τὰ πηγαῖα καὶ ποτάμια νάματα*. Syneſius edit. Petav. Lutet. 1631. fol. Epiſtol. CXLVII. pag. 285. C. *τῶν πηγαίων, τῶν ἀγαθῶν καὶ ποτίμων ναμάτων*. Quae vox *νᾶμα* recte, opinor, in Flavio Ioſepho Antiqu. III. 1. in Havercampiana edit. reſtituta eſt

